6
11-c
56

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EM.
6
8 M F
10

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

M. 7/16

~~22-c-46~~

6-11-c-56

22.7.46

22/d

PETRI GILLII ORATIONES DVAE, QVIBVS SVADET CAROLO QVINTO IMPERATORI REGEM GALLIAE

prȩlio captum non modo moderato precio, sed etiam gratis esse dimittendum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

M D XL

H1-c

FRANCESCO MOLINO

condomienſi Epiſcopo deſignato.

Petrus Gillius.

S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVBITAM Illam meditationem, ſi meditatio dici poteſt repentini doloris impetus mihi propemodum ſimul & conceptus, & abortus repentino fulmine regii carceris quod probas, quod probari dicis etiã à nõnullis doctis, quod te id facere teſtatis tum ſtudio, tum etiam iudicio, eo quidem magis me iacentem excitaſti ad maius quiddam conandũ, quam ſi improbaſſes. non quin proba improbatio, & recta reprehenſio ſit mihi tam grata, cũ animi alacritas eſt, ſine qua omnis ſcriptio iacet, quam eſt ingrata cum alacritas abeſt. quæ quo magis cuiquam, quam mihi iam abſit tibi uni concedam, & paucis regis neceſſariis, præterea nemini. & tibi quidem uſque eo dumtaxat, ut aliqua cauſa magis propria tibi ſit, quamobrem, quod cotidie facis, regem lugeas. Luges tu quidem præcipue eum, cui eras inter præcipuos, cui pueritiæ diſciplinam tradideras, à quo permulta beneficia partim accepiſti, partim te accepturum ſperabas. ego uero nihil tale, & tamen ſiquidem præſtantius ſit reip. damna, quam ſua lugere, cauſa præſtantior mihi tecum cõmunis eſt, cur hunc lugeam, cur alacritas mihi ſit erepta, quod nobis ereptus ſit rex, per quem alacres

gallos imperpetuum ad bonarum artium cognitio nem fore sperabam,&,quod acerbam redemptionis conditionem ipsi regi doleam propositam esse, per quem mansuetiorum literarum humanitatem omnibus gallis regnaturam existimabã. Quare quando, quod poteras orationem nostrã mærenti animo scriptã non reprehendisti, quando potius laudasti, quãdo etiã probasti mihi aliquid roboris si minus alacritatis attulisti, ut pro una illa oratione nõ longa quinque bene longas iam tibi mittã, quas tibi reddet Micael Bentinus homo bene tibi cognitus. tribus primis dissero de controuersiis, quibus captiuũ regem Hispani torquent. dices fortasse, unde homo non uersatus in regiis consiliis tot regiarum controuersiarum disceptationem deprompsisti? profecto non procul alicunde, sed de domo unde literarum mearum pene incunabula deprompta sunt, domũ intellige Roberteti. At cuius uiri? quo usu? qua prudentia rerum gallicarum? tantum ne? imnio uero totius orbis Christiani. Is summus uir me alumnum sui generis, & nominis multa me docuit, multa quoque alii docuerunt, multa etiam ipse per me inquisiui eo studio, quo semp fui non tam intelligendi, quæ bella gesta essent, quã quo iure, qua causa suscepta fuissent. Reliquas duas omissa controuersiarum disceptatione contexui ab honesti legibus, ab utilitate, à laude. splendorem uerborum nondum addidi, sed tantum rebus inueniendis, & disponendis dedi operam. quare si quoniam exemplar tibi mitto,

inuentionē probas,statim postquam legeris remitte,ut aliquo uerbo℞ lumine illustrē. quod quāuis difficile sit,tamē mihi facilius erit,quā res inuenisse. scis enim quam magna sit,oportet, eloquentia quæ inuitis placeat. quam suspecta pro captiuo oratio, quæ non eum,qui cepit docere, sed arguere uidetur.quam graue ad alieni sensus existimationē,ne dicam ad sensus alienati, atque hostilis arbitrium, non ad suum iudicium dicere.quam difficile consilium dare cuiquam regi,cui etiam quæ prosunt,ita tamen,ut delectent suadenda sint, quanto difficilius consilium dare regi hosti, ut quod mihi propositū est,celeriter,& gratis liberet hostem captiuum, quē iamdiu tam ingenti precio,tot deprecātibus dimittere nolit. Itaque multa incommoda, quæ ingens regis redemptio, quam petunt afferet,multa item commoda,quæ expedita & moderata eiusdem liberatio proferet mihi enumeranda fuerunt longa insinuatione priusquam perueniam ad gratuitam liberationem,ad quam unam summa orationum mearum refertur. atque quamquam utilitas ex laude nasci præcipitur, tamen utilitatem priusquam laudem tractandam existimaui,si non ex arte præceptorum,tamen ex moribus nostri seculi. Adde quod in afflicta causa modum tenere difficile.Apud aliū possem indignitatem rei oratione exaggerare, possem multa deplorare,multa reprehendere,multa dānare, faciliusque apud alium probarem captorem grauiter mulctandum esse,captiuum uero magnis

præmiis afficiendum, quã quod conor apud hunc, penes quem causa posita est, apud quem suppliciter submittenda sunt omnia. nihil enim non modo damnare, sed ne reprehendere quidem possum, nihil deplorare, nihil uix queri sine ipsius offensione, quem conciliare studeo & debeo, sed causa insinuã da cum multa laude eius, quem nec mihi arguere usquam licet, nec ubique probare possum, et tamẽ conandum est, ut omnia cum plurima laude, cum maxima ueneratione dicam, ut non quam fortia ar gumenta, sed quam placitura sint, excogitem. Neque tantum quid dicam, quantum quid taceam, atque ita captiuum seruem, ut captori parcam, mihi considerandum est, supprimendaque magna ex parte uis orationis. Denique quidquid erit asperius, non arguendũ sed admonẽdum, & ita, ut id conuer tam in nonnullos illius consiliarios, sed tam moderata conuersione, ut non aperte lędam eos, qui diliguntur à Carolo, ne non modo is lædatur, sed ne etiam illi læsi à nobis alienent Caroli animum. Ac potius mihi conandum est, ut etiam in ipsis rebus, quarum causam in illos deriuem, illis Caroli beneuolentiam, & gratiam commode conciliem. Adde quod nihil humile, nihil abiectum dicam, oportet pro fortissimo rege. Ad quas tot difficultates superandas quamquam uideo opus esse præstantissimo ingenio, summo iudicio, maxima prudentia maximarum, & plurimarum rerum, quamquam hæc, ut cętera omnia sint in me per quam mediocria, tamen

tantum me commouet regis carcer,ut non me quie
scere sinat, ut me etiam cogat, experiri num tan-
tum ingenii rei indignitas, num tantum iudicii,
& prudentię causę honestas mihi dare possit, ut
hanc causam usque eo sustinere possim, quoad ho
stes cognoscant, quam inique eam ipsam oppu-
gnent, &' quid sibi expectandũ putent a tot ualen
tissimis Gallię natiõibus, si ego imbecillus homun
cio tenui ingenio,exili prudentia hanc causam susti
nere uel conor,uel possum.ac si ingenio assequi ne-
queo, quę studio conor,tamen conatus meus mihi
erit aliqua magna aberratio a męrore, sed aliquan-
to maior,siquando ingenium meum in tanta regis
causa ne tantulum quidem apparere forsitan existi-
mabis,tamẽ tantum animi mei studium in hoc po
steriori,constãtiori & robustiori conatu apparere exi-
stimes,quantum existimasti in illo priore, qui quã-
quam repentinus esset,tamen in eo apparere dixisti
id meum studium in captiuum,atque inermem re
gem,quod si militum in liberum, atque armatũ in
pręlio apparuisset, ille iam in Gallia compareret.
quod tuum de me iudicium tale tibi ut ꝑpetuum
maneat,facile patiar,nõ modo conscientię meę cau
sa,sed etiam tue,quoniam non dubitem quin,quod
maxime cupio plurimum me ames, quãdo esse me
cognosces eo animo in eum Regem, quẽ unum tu
plurimũ amas,& propter quẽ solum plurimos ama
re potes,& soles. Bene vale.

M D X X V.

ORATIO PRIMA AD CAROlum Quintum Imperatorem de modo, et ratione Regis liberandi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SI quę permulta differui per hosce treis dies de possessionũ controuersijs, quas habes cum Gallis, tibi satisfecerunt peruam causam restare arbitror, quamob rem hic non liberetur, sin illa ipsa adhuc dubia tibi uidentur, obsecro Cęsar, permitte me progredi Paulo longius, neq; tamen ulterius, quam res, et ueritas concedent. Spero hodierno die, si me benigne, attenteq; audies, ita de modo, et ratione huius liberandi me disceptaturum, ut quo minus hic liberetur, nulla dubia te impedire debeát. In quibus si quid ab aliquibus tuis dissentiã, ita tamen dissentiã, ut sim assensurus, omnibus qui te magnum, et honestũ esse uolent, ut quo tuę laudis, utilitatisue sint studiosiores quam ego sum, concessurus sim nullis ne illis quidem, qui tuam libertatem ex huius liberatione augere, atque stabilire quęrent, qui deniq; te in omni re pręstãtissimum, et clarissimum uidere cupient. Constitui enim nihil a tua dignitate alienum, ne regię quidem salutis causa dicere, nihilque ut in captiuũ conferas abs te petere, nisi hoc ipsum tibi, libertatique tuę non minus, quam huic conferat. Quod quemadmodum constitui, sic prestare possim, precor a deo immortali, ut ita me Gallorum nationi accommodet, ut quod constitutum habeo, id mihi fixum, et sanctum permaneat me magis accommodari oportere optimorum nationi, qua magistra, et Duce hanc causam suscepi, itaq; meę moderetur orationi, ut tibi consulaz perinde, ac si meus Rex esses, quem maxime ueneror, ut non plus captiui saluti, libertatique tribuam, quam tuę libertatis, et digni tatis ratio concedet, ut deniq; meas rationes omnes sic dirigat ad elicem, ut id unum iter teneam, quod unũ,

et solum, optimi quique, atque integerrimi uiri, qui in alterutrum uestrum non odio, non amore, non metu, non spe propendent, sciunt esse honestum, iustum, rectum, ęquum, et quod utrique uestruꝫ ille ipse optimus maximus prospicit fore optimum. quę quidem ipsa nisi ex animi sententia expetã, optem, precer, non deprecor, neqꝫ recuso, quin tam superuacua, iniqua, falsa, ingrata oratio mea tibi uideatur, quam ue am, ęquam, gratam, uisum iri sperare debeo, qui sciam, arbitrer quidem certe me sententiam eam dicturum, quę sine fuco, et fallaciis non modo ostendat dignitatem, laudem, utilitatem, quas prętantissimas ex huius liberatione percipere possis, uerumetiam indicet indignitatem, turpitudinem, inutilitatem, quas maximas aliquando tibi afferre possit illa redemptio, quam quidam ex turbido, et secluso riuo tibi petendam putant, et quidem uia infesta, et periculosa, relicto fonte tranquillissimo, et clarissimo, a quo cum infinita magnitudine flumen plenum tuę uel summę laudis, uel maximę utilitatis, idque perenne deducere, tum ad quem iter facere potes, uia non angusta, non obscura, non fallaci, sed simplici, directa, aperta, lata, perpetua, illustri, neque longa, sed breui, quam demonstrabo, breuiter posteaquam monstrauero, quantum siue enim uiam illam infestam, siue hanc tutam, et facilem suscipias ex celeri huius liberatione sis percepturus boni. Primo crimen effugies non modo crudelitatis, quę non subito flectitur, non pœnarum celeritate mitigatur, sed clementię etiam laudem consequere, qui non diuturnum huius carcereum ferre potueris, sed simul atque captum senseris, ad eum liberandum motus fueris, deinde notam effugies auaritię, quę non minuitur temporis diuturnitate, sed augetur, tum assequere liberalitatis laudem, qui cum posses diuturniore retentione plura obtinere, nolueris, multaque remisisse, etiam si nihil remiseris, locumque reliquisse, etiam si nullum reliqueris existima-

bere,te aliquanto plus,quam quantum exegeris potuiſſe exigere longa cuſtodia,ad quã ſi reſeruares, credent homines te quantum maximum potueris, etiam ſi multo minus quam poſſis exegiſſe,paruumq; admodum,aut plane nihil captiui calamitati condonaſſe, contra omnia felicitati tuę attribuiſſe. Tum ſi mature liberes,neq; id, quod miſerrimum eſſet, diuturno carcere circumcluſum teneas,hic ſalutem ſuam,ſimul et parentis, et liberorum, et regni acceptam tibi referet, quod liberaris antequam quippiam, uel ſeditionis regno, uel inſidiarum liberis, uel parenti intollerabilis doloris acciderit. Longo autem interuallo dimiſſus, quęcunque meruerit de regno,de matre, de liberis,eorum ſalutem acceptam referet regni genio, Gallorum conſenſui,amicorum fidei,matris conſtantię,et delato auxilio regum,cęterique mortales ex longa captiui aſſeruatione obſeruabunt, cum regii animi magnitudinem, tum regni conſenſum inuictum, et robur in menſum exiſtimabunt, quod contra tantam,tamq; diuturnam calamitatem concors ſe ſuſtentare potuerit. Tum te liberatione expedita oſtendes de gloria certaſſe. de qua qui certant non ad extremam miſeriam hoſtem redigi optant, ſed ut hoſtis pręſtantiam ſuperare ſtudent, ſic ſuperato pœnarum longitudine non inſultare ſolent. ex quo cognoſcere cum hoc non odio pugnaſſe. quo contra uehementi uidebere, ſi a conflictu ad longum carcerem ei uitam reſeruares. quem ſi acerbe,et penitus odiſſes,eum quam diutiſſime uitam,eam,quam uiuit iam, quam uitam eſſe nemo arbitratur, uiuere uelles. minimeque ei mortem maturares, quod illi unum in tantis malis perfugium eſſet. Tum cita liberatio efficiet, ſi quid ex te animi magni in hunc, ſi quid omnimo probitatis exierit,tibi proprium aſſignetur,qui tuorum longam diſſeptationem non expectaris, ſed ſecutus fueris indolem animi tui,hoc eſt probitatem naturę,quę cum omnibus affectibus ſummis neceſſariam dedit breuitatem, tum

ipsa tacita statuit,et iudicauit de breuitate hostilis carceris maximi tormenti.dimittendi, item celeritas efficiet,ut si quid uitii exstiterit, ferocitati recentis pugnę attribuatur, qui antequam omnium gentium siue precibus, siue alia ratione, per te commotus fueris, atque idipsum, antequam barbaricum bellum exarserit, tum enim si quid esset, uel laudis, uel gratię omnium illorum commune, si quid uitii pręcipue tuum esse uideretur .ne multis morer, uis ne hunc semper tenere?parum diu retine, uis turpitudinem, inuidiam, odium tardare, atque adeo effugere, ipsum celeriter libera.enimuero,ut si repente ignis emicuit,non concipit fumum, ita non concipiet inuidiam huius dimissio,si cito fiat,nam cum omnibus probatius, tum ipsi gratius erit moderatum precium acceleratum,quam tardum gratuituꝫ,atqꝫ adeo idem ipse redemptionis iniuriaꝫ,si qua forte subesset,cito liberatus magis fortiter feret, quam libenter beneficium diu retentus,etenim cum puniatur sępe,qui se puniendum expectat,et spem periculo grauiorem sustineat, pœne grauitatem consolabitur carceris breuitas. Diuturnitatem uero ne leuis quidem redemptio alleuabit, illam enim minus inuitus hic accipisse, et tu libentius dedisse uidebere,hanc coactus,et odio satiatus dedisse uidebere,et tempore expugnatus concessisse existimabere.ergo siue postea aliquid de precio remiseris, uidebere tempore , et non tua natura fecisse, qui te tantū ostenderis pretii expetiuisse. Quid enim refert uolueris exigere,an exegeris?siue id gratis feceris,nequaquam tamen tantaꝫ,tamqꝫ testataꝫ habebit laudeꝫ tuum facinus, sed temporis aliquanto magis,quam tuuꝫ uidebitur beneficium.enimuero irę acerbitas,atqꝫ odii hoc cum habeat,ut aliquando molliatur,quemadmoduꝫ acerbi fructus,quamuis sensus expertes,tamen suo tempore mitescunt,et ferę,quas natura sua nō potest,longior dies mitigat,neqꝫ sit taꝫ asperuꝫ quidquam, quod non tempore leniatur.hoc quideꝫ si expectares tempus, ac non tua

potius humanitate occurreres, turpitudinem non effugeres. Quacunqꝫ igitur conditione placet hunc dimittere, longa mora tollenda est, quę esse non potest, nisi de natura tua decedas, et dignitatem tuaꝫ minuas. quantum enim adieceris morę, tantum detrahes de gloria, et gratia. qui celeriter, et facile liberantur, similiter carceris odiuꝫ celeriter obliuiscuntur. Et magno etiaꝫ si nullo beneficio se affectos existimant. contra qui diutius retinentur, exiguo, etiam si maximo se beneficio obligatos putant, atque adeo quia post iniuriam sibi benefactum existimant, et beneficium obliuiscuntur, et uero aut longissime diu, aut semper oderunt, cuius ex diuturna custodia euaserunt, diu enim retenti bellicos casus exprobratos sibi putant, et se tanquam per triumphum asseruatos, armatúque odium in se inermeis exercitum suspicantur, minimeque uirorum fortium morem esse seruatum, qui cum ferro quominus decertarunt, tamen odium simul cum ipsa pugna, armisque ponunt. hic quidem si ad diuturnum carcerem adiunxeris possessionum grauem istam mulctationem, ut forti animo, et magno ferre possit, certe notam infamię, quę ferenda nullo modo est, perferre non poterit. ergo ne quem liberatum esse iampridem oportebat, tamdiu liberare differas, quoad carceris tediuꝫ, repulsa, mora, desperatio euꝫ non cupidiorem libertatis recuperandę, quam existimationis retinendę in notam, pudoremque conuertant, quoad confessus uidearo te liberare noluisse, sed siue tempore, siue aliqua necessitate, potiusquam tua uoluntate impetratus esse uideatur. qui sane uidebitur, et eo quidem magis siquidem quod aliqui dictitant, uenerit in sermonem hominum, te a quibusdam nimiruꝫ impelli, qui quamquaꝫ sępe tibi sit oblatuꝫ, sicut est ingens redemptionis precium, tamen cum istud idem longo interuallo post obtinere possis, sicut isti existimare uidentur, hunc tibi diu retinendum putant, uel ad consequendam maiorem potentiam, uel ad consecutaꝫ osten-

dendam, uel ad cautiorem securitatem. quę quia ab animi tui magnitudine sint longe remota, eo si quidquam istiusmodi tui tibi consuluerunt, aut si unquam consulturi sunt, qui certe mihi numquam uidentur, tibi immanius, quam sapientius uideretur, pręsertim cum optime scias, inhumanum esse, suo commodo alteri nocere quid iniuriam facere? quę certe fieret, si posteaquam diuturno hunc carcere uexasses, tantidem iam miseriis perditum dimitteres, quanti a principio dimittendus fuisset. quid si tandem tanto pluris, quam sit concessum ęquitate dimtteres? quid, si fortasse etiam ter tanto minoris a principio dimittendus fuisset? nonne quoniam id quam immanissimum aliquando hominibus uideretur, qua prudentia es, iudicares huiusce ex matura liberatione maiorem laudis gloriam capi posse, quam ex longa custodia, quę non tam tuę potentię uim ostensura esset, quantum esset ostentatura impotentię uiolentiam, pręsertim metu de filio oppressa captiui matre cōpressas retinente, uires non dico modo Gallorum, sed omuium principum totius orbis. quam porro hominum opiniorem nonne maxime tollendam existimares? qua ratione? qua qui minime tenuem rationem bonę existimationis habere soles, et debes. qui quo minus falsam arrogare soles, eo minus uerā istius obtrectationem contemnere uideri debes. minus uidebere, si minus aut hanc, aut ullam aliam iniquam opinionem ne mentibus quidem multorum comprehendi diu, ne dum in sermonem hominum uenire patiere, si uera sit, aut si etiam unquam uera, aut uero si uerisimilis communi homiuum famę uideri possit. cuiusmodi certe hęc uidebitur, si iam post toties tam legitimum tibi oblatum precium, eum liberare distuleris. at quidem non tantum, quantum nonnulli tui designant. quid si tanto plus, quam concedat equitas? quid si aliquanto plus? quum quantum quisquam nunquam christianus ne barbaris quidem obtulisse tradatur. quid si

bis tanto amplius, quam quantũ omnibus principibus, quantum optimis quibusq; uideatur. qui nisi una men te, tam christiani, quam barbari, diminuendum potius quam augenduʒ arbitrentur, non recusat captiuus quo minus tantumdem det, quanti, et quo modo quiuis se uerus iudex ęstimauerit. etiam ne si non minus precii ei edixerit, quam quantum tui edixerunt? etiam cuiusque modi est, non deprecatur tuorum ęstimationem, nisi non modo christiani, qui id plane intellexerunt, sed barbari in ultimis terris positi, etiam si minus intellexerunt, eius neque oblati, neque ęstimati magnitudinem, tamen iustum oblatum esse p. ecium, non soluʒ po stulatum insitatę magnitudinis ęstimare possint uel ex eo, quod iamdudum audiunt, uel si nondũ audiunt, si quando audient, sicuti certe quam mox audient captiui matrem gallię quamuis dominantem, quamuis filii amantissimam, quamuis prospicientem si filius diu teneatur moriturum, quamuis extrema quęque sibi, regno, nepotibus timentem, tamen malle ante oculos proposita pericula tot, tantaqʒ tamdiu sustinere, quam aliquando tanti redimere filium. quid cum audient opulentissimi regni regem suuʒ unice amantis summas opes esse inopes ad sui regis redemptionem: quid cum percipient regem magnanimum, largum, liberalem, quamuis regno, liberis, matri summa quęque pericula imminere prospicientem, diuturnum tamen carcerem pati malle, quam istam accipere conditionem. nunquis erit? quin quam mox colligat redemptionem cum ingentem, immensamque oblatam esse, tum etiam repetitam extremam, atqʒ summam oportere: quę transcendat, et uincat affectus inuictos. primo indulgentiaʒ maternam, nihil precio parcentem, dum filio parcatur. deinde insitum, atqʒ adeo innatum gallis naturale bonum pręcipui illius, ⁊ proprii in regem suum amoris summum studium. quę tum deniqʒ progrediatur ultra, quam quisquam charam possit habere uitam, quam ta-

men tanti addicere iniquum esset, quanti se uelit quisque redimere. enimuero mortalibus miseris cum libero spiritu non sit quidquam charius, quo iam quisquam iudicio iniquiore, quam suo ęstimare possit preciuȝ suę, uel uitę, uel libertatis. quarum amore etiam bestię non solum homines omnibus rebus anteponunt, atqȝ ad extrema compelluntur. quonam rursus ęquiore ? quam omnium iudicio, quonam meliore? quam quo communis humanitas utendum censet, cum rerum pretia ęstimari non ex affectione, neqȝ utilitate singulorum, sed communiter fungi iura uelint. neqȝ enim seruum meuȝ si quis occiderit, quem ego magno redemptum uellem, affectionem meam ęstimandam esse, sed quanti omnibus ualet. quod si etiam uenalitiorum, precium iniustum, immoderatum, existimari debet, quod fertur supra quam concessum sit iure communis ęstimationis, quanto immoderatius preciuȝ ęstimari conuenit, quod rex de rege statuit, si procedit ultra, quam concedit communis ęstimatio. quod regium non est nisi moderatius, benignius, liberalius sit, quam communis ęstimationis formula ferre solet. quę cum ita sint, tamen ea nondum dicimus, quo te a communi consuetudine ad peculiarem regię benignitatis formulam abducere conemur. qua optimi quique usi sunt, benignius quam fert communis usus, sed ut intelligas hunc ęqua postulare, qui quominus primo quoque tempore tantundem tibi det redemptionis, non recusat quantum quisque eoruȝ, qui neutri uestrum subditi sunt, danduȝ arbitrabitur. quamuis citius falsum producere testem contra captiuum possis, quam uera loquentem, contra fortunam armati. nec te ipsum reiicit quamuis opinor, nemo sit, qui sibi se ęquiorem non prębeat, quam amico, nedum hosti, tamen tantummodo postulare uelis, quantum tua dignitas postulat, modo plane esse uelis tuus, remotis tuis nonnullis, qui te esse nolunt tuum, qui recenti fortuna tua impediuntur, quominus modum definire

possint,

poſſint cum homines non modo irati,ſed ne ſedati qui dem rei grauitatem appendere ſoleant ex ipſa cauſa,ſed ex ſua uoluntate, non dubitat, quin tibi quoque ſatis hoc uideri,quod obtulit precij queat,nedum ęquo ęſti matori,apud quem ſufficeret ex ęquo,et bono precium dare,et quod bonus iudex reciperet.itaque ſi neque per hunc,neq; per huius propinquos ſtat, quominus iuſto redemptionis precio pareat, etiam ſi liberum non feceris, tamen iure perinde liber eſt,vt ſi precium perſoluiſſet. Vt haud ſciam,an niſi poſt iam ſępe oblatam iuſtã redemptionem liberares,iniuſtius cum ipſo ageres,quã cum uilibus ſeruis agi ſolet,quorum libertatem iura iubent,ęquum iudicem pronunciare debere, ſi ei liqueat per ſeruu; non ſtare,quominus iuſto redemptionis precio pareat,et hęredibus neceſſe eſſe pręponere libertatis celeritatem ſeruorum,pręmaturę pecuniarum ſolutioni,ſeruoſq; ad libertatem peruenire oportere,non expectata diſceptatione ſi qua ex libertatis datę conditione nata ſit,quoniam quemadmodum humana iura teſtantur inhumanum ſit,ob rei pecuniarię quęſtionem libertati moram fieri.quid hic nihil ne dicam libere? Ita ne uero dixerit quis mihi ęquus, ſecurus es ab iniquis:cur non apud ęquum Imperatorem? quid igitur?te ne contra,quod modo dixi ius humanitatis ſentire? atqui poſſum,quem ſciã humaniſſimi ſenſus eſſe,quid ergo?nõne?id quod res eſt,et cauſa patitur,eſſe quoſdã, qui du; tibi iam nimium diu agitant,dicam,an inculcant, tam uariam,tam multiplicem obiectionem ueterum controuerſiaru;,ut non qua ratione is liberetur,ſed quemadmodum non liberetur,deliberare uideantur captiui libertatem fidei tuę commiſſam,et creditam Chriſti teſtamento,et exemplis maiorum et tabulis honeſtatis,que; fortuna tibi ita tradidit,ut mancipio non dederit,itaq; permiſit tuę poteſtati,ut commiſerit humanitati, diutius diſſ ulerunt,quam par ſit,quam patiatur humanitatis ius,quod hominibus datum natura,et confirmatum

est more, institutoque maiorum, qui benigna, et saluta-
ri prouidentia ostenderunt, non omnia sinistrę licere
fortunę, qui quamuis multis iniuriis afficerentur a bar
baris, et natura, atque odio penitus insito ab eisdē diffi-
derent, tamen mancipiis, quę a barbaris emissent iniu-
riam fieri adeo indignum putarunt, ut legem publice id
prohibentem posuerint, quaȝ prętergressos morte mul
ctabant. verum esto? post oblatum istud ingens pre-
cium sit nulla iniuria quamdiu libebit hunc tenere, ta-
men si diu teneas, neque habebis hostem captiuum, ne-
que liberum amicum, qui ante hoc tempus, cum non
modo ista edicta pœna ipsum latebat, uerumetiam ali-
quod redemptionis ius sperabat, speque humanitatis
tuę sustentabatur, uix dum tulerit carcerem, nunc quē-
admodum ferre poterit edictam seruitutis legem mor-
te grauiorem, et certiorem? aliis mors incerta proposita
est, ista pronunciat conditio, qua lege huic pereundum
sit. qui si eo robore animi esset, ut et posset istam condi
tionem sustinere; et minus criminis ęstimaret alienis ui
ribus, quam iudicio conscientię suę, uiuere tamen et
longa conclusione, et summa ex omnium rerum muta
tione facile in morbos incidet, ut qui ab ineunte ęta-
te, non imbribus, non niuibus, non procellis, non tur-
binibus, non tempestatibus, impediri solitus fuerit, quo
minus cotidie se plurimum exerceret, equitando, uenan
do, diutiusqȝ, et promptius apertos tulerit labores, etiaȝ
cum paulominus belle ualeret, quam paulisper uitam
inclusam in summa libertate. a qua nunc tam exclusuȝ,
etiam in summam seruitutem tam clausum, tam recon-
ditum quis quam celeriter in ęgritudinem incidere pos
sit, non uidet? in quam si inciderit, sicut certe incidet,
eius causam tollendam putares, uel gratuitę liberatio-
nis promisso, ne apud te moreretur. Quod non minus
quam prope modum mortem tuam fugeres, opinor, et
certe non minus fugeres, plurisque aliquanto quam a
uiuo sis habiturus, mortuum apud te excitari optares;

neq; usque eo ingrauescere morbum expectares, quoad quandoque desperatus medicorum consilio, tibi confirmandus esset spe gratuitę liberationis, nolles enim medicorum genus tibi tantę speciem laudis prępripere, et vulgare, tu; duceres polliceri gratuita; liberatione;, quis non parceret morituro, etiam si minus in illius morte suam laudem periclitari dubitaret. in huius uero morte, cum tua gloria uehementer ageretur, nunquam qua humanitate es, te sustinere posses, quin libertatem benigne promitteres, et deferres, quin etia; paulo minus periculosę ęgrotanti dextram tua; tui animi reconciliati, et gratuitę liberationis pignus dares, iubens eum bene sperare, et bono animo esse, id quod quemadmodum cętera non soles, frustra iubere nolles. Hic igitur si confirmaris, non deserendus, si promiseris, dimittendus erit, non dico, ex eo tantum, quod dextram dederis, quod tamen pignus ita graue est, ut uel apud barbaros sit firmissima fides, nedum apud te, cui id est, uel Imperii, uel naturę, quod utrumq; eo uigore audimus, ut depelli non soleat ab eo, quod semel uel nutu affuerit, sed eo magis liberandus esset, ne uiliorem tibi faceres, in quem tantum beneficium contulisses, et quod eum bis seruasses, ideo semel tibi liberandus esset, ne quem clementię nomine seruasses, re ipsa ad crudelitatem reseruasse, ne quę dedisses, auferre uiderere, ne que; usura falsę spei excitasses, deinde grauius caderet, et nihil ęgrius ferret, quam se ęgritudine liberatum esse. denique nedum ex media morte, non ad uitam suam, sed ad quęstum tuum reseruatum se suspicaret, ut sui periculi magis, quam tui beneficii memor esse, cogeretur, ne uel tacite te subincusaret, qui se non permisisses morbo potius sine turpitudine mori, quam seruari cum indignitate. qua etiam in re non effugeres obtrectatorum libertatem, qui istiusmodi humanitatis officium in crimen, atque inuidiam uocarent, qui etiam exaggerarent, contentum te non fuisse, eo, quod in pręlio eum captum

diu tenuisses, nisi etiam eundem, qui diuturniorum carcerem ferre non posset, prę liantem cum morte, et iam fere contingentem libertatis metam, et iure naturę, et gentium quam mox liberandum in carcerem reuocasses, et propter promissum tuum iterum cepisses, et bis seruasses, ut sępius perdere posses, acerbumque exclamarent libertatem inuidisse morituro, acerbius a uicina morte, quę naturę supplicium non est, reuocasse ad supplicium, et quasi excitasse mortuum, ut uiuum uehementius mulctare posses cuiusmodi rebus cum remotius non sit quidquam, quam natura tua, quę ab omni non modo turpitudine, uerumetiam turpitudinis suspitione abhorrere solet, et debet. et cum non solum tibi probo, sed cuiuis scelesto accidere nihil possit acerbius, quam beneficium traduci ad maleficii crimen, profecto simul atque eum ęgrotare intelligeres continuo gratis potius liberandum existimares quam quidquam tale notari in te possit. quamobrem quonia3 prospicis tum tibi minus, si is in morbum inciderit, liciturum esse, quam ante licuisset, omninoque necessarium fore, ut gratis liberes eum nota, et damno, cur cum laude, et utilitate non ante uertis. Primum si in morbum postquam inciderit, pactione hunc liberares, pactio nulla erit, quoniam redemptus fuerit, qui dilationes, qui moras ferre non poterat. Deinde obtrectatoribus sermonem dares, qui cauillarentur nulla re alia mortem, nisi opinione mortis depulisse, qui nisi pene attigisset mortem, non euitasset mortem, gratiamque amittes, etiam si gratis postea dimiseris. Nimium forsitan inaniter hęc omnia obtrectatores reprehendent, esto uerumtamen honestius est probitatis tuę fidem esse, quam irritamentum dicacitatis alienę huius carcerem. qui si aut tędio longi carceris, aut conditione desperationis plena in carcere obierit, atque adeo, cu3 obierit. Quis enim non uidet obitu su3, neque ita longo interuallo, tu acerbum auditu, sed audiendum tamen, tu inquam, Carole mortem attulis-

se,etiam si ipsum natura sua cõsumpserit, existimabere, nec solum mortis causam, uerumetiam sempiterni carceris, aut crudelissimę redemptionis crimen sustinere existimabere.etenim si hic in carcere non moriatur,tantum homines credere poterunt, quantum aut carceris, aut precii passum fuisse hunc intelligent. Ipsius uero morte tantum illis licebit non modo dicere, uerum etiam tantum suspicari, quantum uelint. Neque dicere ipse tum poteris hanc, uel illam humanitatem te huic concessurum fuisse,aut non tantam mulctam irrogaturum,quantaȝ quisque uel dicet,uel suspicabitur.In quo laus, et gloria posteritatis tibi imminueretur, quod simul cum eo exemplum interiret,qualis in eo ipso liberando futurus esses.Tum crimen sempiternum,et macula in uno isto facinore penitus incideret,quaȝ nulla uirtus,nulla bellorum felicitas delere posset.Nam quoties quis diceret,uicit multa milia barbarorum, opponeretur regis interitus,etiã si a columnis Herculis usque ad extremos indos proferres Imperium,diceretur,sed nobilissimum Regem diu captum apud se passus est interire.Hic quam omnium uociferationem in te, quantum dolorem,quam diuturnam, aut sempiternam facinoris huius memoriam tibi fore putas? Qua semper torquebere. Hunc Cęsar carcere retinere potes? Qui tibi deflendus est, Hunc ne mauis lugere mortuum, quam debere uiuum? Non fœdera te tangunt generis? Non metus infamię?Non nobilis regis imago? Quę defuncti tibi semper in oculis, animoque uersabitur, quo ore? qua forma? qua quiuis cogitatione informare, et tu pfecte intelligere potes eius imaginem tibi obuersaturam esse, cui per te ne precio quidem ingenti licuerit libertatem retinere, et cui ut ex carcere tuo erumperet, necesse fuerit, uitam rumpere. Quod quidem ipsum tibi ut dolorem, ut odium, ut turpitudineȝ contraheret, sic huic detraheret doloris sensum, et beneuolentiam, et laudem augeret, qui non delicatorum modo, sed

fortium grauia omnia passus ut dignitatem retineret, uitam pręterisset, non tamen libertatem, atque laudem reliquisset, qui cum carcerem diuturnum tulisset, ex ipsoque quauis ratione modo tolerabili, atque usitata exire sępe conatus esset, neque tamen potuisset, corporis libertatem dimittere maluisset, quam animi, et uirtutis, quę impunitam libertatem, retinere debet, etiam si corpus captum armis perpetuo teneatur constrictum. denique qui mori cum honestate, quam salutem quęrere cum turpitudine maluisset. Itaque captus captorem cęperit, et mortuus uiuum uicerit, et quando tam graui contenderis conditione, eum abiicere, et ne tecum amplius concertare possit decertaris, uictoriam concesseris etiam non decertanti, et seruitute constrictus remanseris, ille discesserit solutus, et causa eius melior cum aliis de causis uideretur, tum quod eam, neque ipsius infima conditio iuris, neque tuum ius summum usque eo obscurare potuisset, quominus melior uideretur. quare is ut iniquę conditionis, ut erumnosę uitę finem sic tu initium inuenires, idem enim dies cum apud te morietur, huius malo finem attulerit, idemque principium tuo, et reipublicę Christianę, cui utrique, si ullum malum accidet, accident autem permulta, quę quia extra culpam suam accident ęquiore animo intra carcerem morietur, qua consideratione leuatus non magnopere metuere debet, nec carceris longinquitatem, nec mortis uicinitatem. quę utraque sicut ipsi accidere non possit sine pernicie, et confusione omnium, sic nec uita libera sine omnium, salute, et libertate, quorum, alterum, ut huic miserum, uel potius laboriosum magis erit, quam aut turpe, aut pręcipue dolendum, cum omnibus perire, sic alterum pulchrius cum omnibus seruari. Quare Cęsar cum eo retinendę laudis sis studio, quo omnes scimus, ut malles regis pro regno suo, et dignitate pugnantis captiuam obire mortem, quam uitam uiuere liberam, si tuo hunc in carcere scires moriturum esse, miror,

cur cum omnium beneuolentia non dimittis, eum a quo nisi caues, breui dimittere non sine odio omnium gentium. cur omittis tempus, quod cum uelis reuocare, cum is a quo iam toties, et tanto precio prouocaris, non erit, non possis, prꝭsertim cum uideas grauiori crimini id tibi fore, quam si immoderato hunc auri pondere mulctares. hoc enim angusti animi, illud etiam scelerati, et crudelis inditium iniquis tuis uideretur. quos ut leuiter feras, qui pati posses graue odium omnium seculorum? quod ita fore, quid ego tibi, qui non hoc prꝭsertim quod clarum est, sed quꝭ ob cura sunt, uel ex parua significatione colligere possis, multis ostendam necesse est? cum omnibus graue uideatur hunc tamdiu captuȝ esse. quid non aliquando liberatuȝ esseȝ. nonne non modo hominibus acerbissimum, uerumetia in nefarium deo scelus uidebitur? si longa custodia, et conditione desperationis plena mortis causam attuleris, ei quem quanti, et quam multo redimendum omnes arbitrentur, et iampridem prꝭter cꝭteros christianos, qui aliquando redempti sunt, se redimere non recusantem, etiam multum, ac sꝭpe deposcentem occidere tanto post pugnam nefas sit, cum iure communis humanitatis, quꝭ hominem nisi armatum, nisi repugnantem in bello nemineȝ occidere permittit, quꝭ etiam in pugna statiȝ post horribiles impetus hostium ipsis hostibus parcere, consulere, seruare iubet, tum certe iure religionis, quꝭ a nobis exigit, non solum, ut nostras res consideremus, etiaȝ si maxima animi magnitudine, ac robore septi simus: uerumetiam ut hosti parcamus, ne quod homini in periculo non subuenerimus inhumanitatis culpā capitaleȝ suscipiamus, qui si subuenire possimus, neqȝ tamen subuenimus, occidimus. quid si aut circumuenimus? aut circumuentos oppugnamus? num dei reprehensionem effugiemus? multominus. quod si permulta incommoda, quꝭ euentura dixi, aut ex longa huius carcere, aut ista intolerabili conditione, aut sero, aut forsitan nunquaȝ

euenirent, cum tamen postea quid euenturum sit, sciat nemo, hęc autem aliquando permulta accidere posse omnes fere uideant, non culpa uacares, qui in incerto temporis euentu laudem tuam collocasses. quid multa? non hęc tibi ita fore uidentur? certe non negabis. ne igitur me contemne, si glorię tuę non minus faueo, quam nonnulli rerum quidem tuarum studiosissimi, sed inepti, qui nō uident se tibi omnia glorię causa facienti, et patienti nihil aliud suadere, nisi ut glorię tuę theatrum euertas, ut quam habes in manibus coronam abiicias, ut eam ciuicam de capite tuo detrahas, quam impositura erat tanti ciuis conseruatio, ut tuis laudibus sis inferior, quam omnino unquam gallię rex sit. Enimuero uter tuas laudes grauius oppugnaret, tu ne, qui tuorum consilio omnibus modis contenderes efficere, ut is eam conditionem, et eam seruitutis legem accipiat, quam si acceperit, neque is ea uirtute, qua ob omnibus existimatur, uideretur, neque tua tanta laus haberetur. an uero is qui potius moriturus est, quam aut tua uirtute, aut sua indignam conditionem accipiat. quid enim, qui tuę laudi inuident, qui tibi inimicissimi sunt, infestius tuę laudi consulere possint, quā ut gloriam quę ab optimo quoque rebus maxime stabilibus, et firmis committi solet tam fragili non modo committas instrumento, sed frangendi causam et occasionem des. nam hominis captiui fragilitati gloriam tuam committere, quid est, nisi folium uento permittere? quod folium imbecillius hominis uita pręsertim captiui? quam cras te esse habiturum gloriari non potes. quid aliud longo carcere captiuum seruare ad grauiorem exigendam redemptionem? nisi similiter facere, ut si quis uitream nauem auro onustam inter scyllam, et caribdim ancora iacta inhiberet expectans grauius onerari, cum exoneranda potius esset, aut si quis auream messem, quam speciosam, et robustam metere posset, tempestatibus undique impendentibus diutius relinqueret, quo serius copiosiorem

florem meteret, nonne illum minus quam sapientes agricolas sapere diceres? qui biduo celerius messem potius quam triduo serius faciendam censent, etiam si illuceant clari dies, etiam si nulla tempestas impendere uideatur. qui imbres? qui nimbi. quę tempestates. quę procellę? qui turbines, quę fulmina non omnibus horis impendere isti tuæ messi uidentur ab officina omniū calamitatum carcere. age nunc Cęsar, rem separatim tecum expende, iam profecto tuos intelliges non inopia quidem erga te fidei, qui fidelissimi sunt, et tui amantissimi, sed tamen amantiores, quam ut aut captiui, aut tuam naturam satis cernere uideantur, qui tibi non solum sapienti, sed etiam forti persuadere conentur, ut minore uenia erres, quam aiax, dum desipiens ligabat agnos, se putans hostes ligare. nonne id conantur? cum hęc ipsa, quibus abijciendum hunc censent, te abijciunt, cum non tam regem alligant, quam gloriam tuam, cum te scientem, et prudentem monumenta glorię tuę euertere, atq; adeo te tuis monumemtis infestiorem esse uolunt, quam aut tu esses monumentis hostiu;, aut hostes essent tuis, qui si essent uel mediocriter generosi tuas statuas ne in bello quidem euerterent, qui permulti sępe hostium statuas erexerunt, et nonnulli maximis urbibus ob vnam hostibus seruandam imaginem pepercerunt, isti efficere conantur, ut innumerabiles uiuas, ęternas glorię tuę statuas demoliaris. at contra omnia mihi de te uidentur. primum non conuenire, ut qui ad uirtutem, qui, ad dignitatem, qui ad gloriam natus sis, qui. ut ad magnam peruenires gloriam, res maximas sis maximo studio ante semper gerere conatus, post ubi peruenisti, non modo relinquas summam, quam habes in manibus laudem, uerumetiam discedas ab omnibus iam partis laudibus. deinde item mihi uerisimile non uidetur, ut qui fortuita maiorum monumenta, antequam esses natus uel abiecta, uel alienata tot, tantisq; sumptibus, tantis laboribus, tam grauibus

periculis,uel excitaré,uel recuperare moliaris,uelis iam propria monumenta tuę uirtutis demoliri,abijcere,atque in perpetuuȝ alienare.et uero eo minus mihi probabile uidetur, quod nemo libenter ulla conditione abduci poteſt ut monumentis maiorum precium aliquod anteponat, etiam ſi in eis retinendis nulla, aut exigua ſit laus,aut ſi ſit mortuorum ſit magiſquam uiuorum. at uero iſtud et uiuum eſt,et tuę proprię uirtutis monumentum,tui honoris ſempiternum ornamentum, tuæ glorię inſigne clariſſimum.Iam vero uitam ſuam, hoc eſt gloriam tuam hic diu ſi ſeruare poterit admirabili quadam uel animi magnitudine, ac robore,uel uiolenta,ac neceſſaria pietate aduerſus matrem,et liberos,uel religionis ſtudio potius,quam aut cupiditate uitę, aut iſtorum conſilio,qui quo magis lubricam, et pręcipitem viam huic ad moriendum moſtrauerunt illa deſperatiſſima conditione, quam ipſi deſignant, eo laudem tuam procliuiorem ad pereundum fecerunt,et quod in ipſis fuit perdiderunt.Si inquam ipſe, qui nunquam in pugna pertimuit, qui ſe armatus ſępe in medios hoſtes immiſit,cum tutus in regno eſſe poterat,quem maxime conſtat, vtinam minus conſtaret fortiter pugnantem uitę ſuę non pepercíſſe,nunc cui mori ſummum lucruȝ eſt,ſibi aſſignatum a deo humanum munus deſerere nolit,quamuis humana neceſſitate urgeatur,ecquando ipſe,qui nulla neceſſitate urgeris,abduci poſſes?ut humanum munus tibi aſſignatum a deo deſeras? hoc eſt religionem,ac humanitatem homini datas, ut homo hominé tueatur,defendat,ſeruet, deſereres autem,ſi quam oportet,grauius ipſum mulctares.quod acerbius iccirco uideretur, quia eo magis tuum deſeruiſſes, quominus ſuum hic deſeruiſſet, eoqȝ defugiſſe uiderere longius, quia hic longo carcere ſuum non defugiſſet, ideſt quia pietatis cauſa uitam non fugiſſet, hunc eo aptiorem aſſecutus eſſes,quem diuturno carcere ad conditiones tuas perducere poſſes. Quare quãdo non eſt quic-

quam,quod odia, uel eius qui captiuum tenet demon- ſtret,uel captiuo,qui tenetur,generet,quam longus car cer,nolles regis pietatem,quę cęteris ueterum odiorum cauſas ſępe tollit,uobis facultatem,et materiam ad cō firmandum uetus,et ſemen, et cauſam dare ad nouum ſuſcipiendum odium,et quę cauſa ſit ad hunc maturiſ- ſime liberandum,eandem occaſionem eſſe ad tardiſſi- me dimittendum. Simul etiam nolles ei in carcere pieta tem plus eripere,quam martem in pręlio. nolles uirtu- tem,et pietatem maxima,et ſola bona,quę mars eripere nō potuit in pręlio,huic iaȝ in carcere maxima mala af ferre! Immo qua pietate es,vehementer uererere,ne quē uirum pietatis manſuetudo,mitigaſſet ad ferendum car cerem,et tamdiu uiuuȝ,ac incolumeȝ ſeruaſſet,hic non ad tuam lenitatem,ſed ad tuorum aſperitatem ſeruatus eſſe uideretur. Deniqȝ ne ipſe odiſſe uiderere, propter quod dignus ſit amore tuo.huc accedit,ꝙ cum iudices liberorum ſcelera ſępe parentum pietati dare ſoleant. Quid eſt cauſę? cur non ſperare debeam te,qui es iudi- cibus liberior,et libentius,et facilius conceſſurum pa- rentis pietati pietatem filij,qui niſi pietate cum aduer- ſus Deum,tum aduerſus matrem,et liberos,quorum ad ſalutem potius,quam ad uitam ſuam ſe in hunc diem reſeruauit,teneretur,eum diu non teneres,qui ſi te,tam uehementer odiſſe poſſet,quam pietatem adhuc amare potuit,iamdudum mori,et ſe libertati aſſerere potuiſ- ſet. Quod ipſuȝ pleriqȝ fecerunt adducti maiore odio, quam animo,qui ut dolorem ſedarent,ut odium ſuum explerent publico hoſtis odio,ut crimen,inuidiamque hoſti apud omnes augerent,eadem ſibi manu uitam ex- hauſerunt.qua morteȝ ſępe hoſtibus obtuliſſent.quod quia quam maximam occaſionem amiſiſſent declaran dę humanitatis ſuę. Omitto iam,quoties,quot,et quā- multi Imperatores ſuis hoſtibus accidiſſe grauiter do- luerunt.cuiuſcemodi facinus ſibi ipſe,ut conſciſcat,et ſi cauſa huic datur,tamen nec duȝ uoluit.quid ita? quia

nondum te tam odisse,quaȝ religionem amare potuit, plenius dicaȝ,quia nullius etiaȝ in te capitalis sibi con scius odij esse potuit,sine cuius acerbitate nemo capti uus unquam in uitam suam seuire potuit. qui nimiruȝ ne in prelio quidem tecum odio decertarit, sed con-tentione glorię,de qua qui generose certant,non usqȝ ad aras,atqȝ existimationis periculum decertant,neque uirtuti inuident alienę. Hic liber ut generosus fuit in pugnando,sic captus humilis uisus non est in inuiden do,nec alias,nec nuper cum sua classe.suo littore in Hi spaniam ad te uenire,et inundatum carcerem ferre uo luit,ne dubitari posset tibi perire,uel seruari,ne tam il-lustrem uirtutis nobilitande occasioneȝ amitteres, ma gisqȝ curare uisus est,ut ex animo utriusqȝ uestrum con tentionis odium eximeret,quam ut ipse eximeretur ex carcere,et debere nemini,quam tibi se malle. Nam hoc ipsum nisi spectasset,nisi optima quęqȝ sperasset,et pla ne regia omnia abs te Rege,non ad te uenire, quam in Italia asseruari maluisset. non auxilium delatum sibi ab omnibus Principibus tam christianis, quam barba-ris retardasset.non iter in Hispaniam a gallis tutuȝ red didisset.non sua classe comite nauigare istuc uoluisset. non uariam elabendi spem sibi in Italia ostensam omi sisset.Quę tamen omnia,ne te quidem iam preterit, ut ipse tum et preterierit,et reliquerit,cũ humanitati com muni,quam rex regi debet tum tuę proprię confidens, magisquaȝ dubitans,de literis,et sermonibus, quos cre bros,et benignos ad ipsum tui perferebant de humani-tate,quam dicebant te toto ore pre te,quam maximam ferre,et uerbis omnibus profiteri,et re ipsa prestiturum esse. Quibus quominus fidem haberet,quamquam im-pediebatur contrarijs sermonibus,quorumdaȝ, qui ip sum admonebant illa eo pertinere, ut ab Italia minus tuta excluderetur,et penitus in Hispaniam intimam in maxime tuto loco clauderetur,tamen huic fidem fieri passa non est tuę humanitatis fiducia,ac suę mentis con

ſcientia,quam utramq; tantam,ac tam ſtabilem, qui ha
bere potuiſſet?niſi et alteram quaſ timidam,et ſuſpitio
ſam culpa facere ſolet eiuſdem animus, quo generoſe
tecum hic pugnaſſet,magnopere corroboraſſet,et alte-
ram ſuę uel opinionis,uel ſententię uetuſtate non mo
do penitus inſitam,ſed etiam pene innatam habuiſſet,
hoc eſt,niſi et fuiſſet ipſe regio animo,et niſi de te quaſ
maxime regie ſenſiſſet.Nam niſi conſcius ſibi fuiſſet ſe
alteri eiuſcemodi humanitatem non eſſe negaturum,
niſi te ea animi magnitudine,atq; humanitate eſſe exi-
ſtimaſſet,qua fuiſſe permultos alios in ſimili caſu re-
cordabatur,tot dubijs rebus obiectis,non tanto ſtudio
venire ad te properaſſet. Itaque cum in honore eſſe ſo
leat regibus, quicunque accedit ad eos infelix, ne in-
felicem regem contemne, non iam hoſtem, ſed ho-
ſpitem, ne efficias, ut qui tuę non inuidit glorię,
naufragijs inuideat. Et felices prędicet nauigantium
curſus, qui in procellas,et ſęuos tempeſtatis incurſus
inciderunt.Quod profecto facere poterit,ſi quam con
ditionem iſti ſuadent accipere cogatur,qui cum in con
flictu ſeſe in mortis periculum obiecerit,et per tot uo-
lutatus fluctus fuerit, tamen tempeſtates maris ęquio-
res, et placabiliores habuerit, quam iſtius conditionis
turbinem. Neq; quicquam tam contra omnium opinio
nem,et uoluntatem, tam pręter ſpem ſuam huic accide
rit,quam quod per ſpem eam lęditur,per quam ad te ue
nerit,et tuam benignitatem, quam ob omnibus princi
pibus ſibi delata auxilia experiri maluerit, et id quod
eius infelicitatem conſolabatur,quod ſocer a genero,
torq; nominibus coniuncto, atq; humano humanus
ipſe,captus eſſet ei cōtra omnia cecidiſſe uideantur,ut
non tam captum eſſe ui martis,quam ſic liberari ei gra
uis carcer ſit, ut ei optandum potius fuiſſe interdum
uideri poſſit in medio mari gallico naufragiuſ faceret,
aut ad barbaros tempeſtate deferretur, quam miſeram
iſtam profectionem conficeret,ut in loco remoto a ma

ri in conspectu tuo tam graue naufragium faceret. mare enim quamuis sęuum flebilibus procellis, aut emisisset ad suos mortuũ, quod tollerabilius, quam ad intollerabilem conditionem uiuum reseruari in alienis terris. aut si ad barbaros detulisset, facilius tulisset barbarorum barbariem, quam christianorum acerbitatem. et tempestas ei si non ęquitatis conditionem tulisset, tamen ad minima malorum eligenda aliquanto plus ipsi expidijsset. Tollerabiliori enim conditione aut uitam recuperasset, aut felicius occidisset barbarorum pręda, quam suorum ciuium ista mulcta uicturus sit. quid futurum est, si ad liberationis tollerabiliorem conditionem pertinet capi a Barbaris. O uersam, et mutatam huius dicam spem? an omnium expectationem, et sententiam? Quis omnium hunc in hispaniam, ut uenisset non sperabat, et sentiebat si non confestim, at non multo quidem post in colloquium, congressumq; tuum peruenturum? Quis omnem uestram dissensionem inter uos placatũ iri vel conspectu ipso, congressuq; uestro non arbitrabatur? quis dubitabat? quin si hic te conueniret, et fortuna sua pręsenti et pristine dignitatis suę loco, ordine, nomine, uirtute commoueret? Quis iam non uidere uidebatur uestras dextras, complexusq; ? Quis sacrorum affectuum commotiones? Quis tot santissimarum necessitudinum intermissarum nouos ortus? quis aditus? quis congressiones? quis sermones inter uos benignos non iam secum pręmeditabatur? quis adeo festos dies, pompas, reductiones amplas non cogitabat? ut non tam profectus, quam liberatus non modo omnibus uideretur, verumetiam sibi ipse captiuus, quas mox liberandus uideretur. nunc quid sibi uidetur? uel potius quid sibi non uidetur? contra, quam sperabat? quid omnes? quid ia; uident? quid expectant? quid sentiunt? nonne id, quod necesse est, huic accidisse omnia, non minus pręter expectationem suam quam contra uoluntatem et opinionem omnium, pręsertim cum audiunt

nondum aditu, nondum congressu, nondum sermone hunc tecum non modo prope coniungi, sed etiam longe disiungi repetitis agris ad magnitudinez redemptionis immensis, infinitisq3. Quid si interdu3 audiant id quod ego inuitus aliquando audio nationez septingentos iam annos amplius barbaris infestissimam, barbarisq3 solam ex christiano nomine hostem cognitam, nonnunquam has uoces emisisse, vtina3 potius captus, aut deditus barbaris esset. uota quidem acerba, sed tibi cauendu3, ne nonnullorũ consilio uideantur mitiora. ac uidendum, utrum esset ęquius piam nationem hęc vota facere, an te ad hęc adigere. vtrum inhumanius humanum Regem optare abs te dedi seipsum immanissimis barbaris suis ęternis hostibus, an te istam conditionem ferre? qua si seruari uelit, ei optandum potius sit, ut pereat, non modo apud gentes feras, sed etiam feros leones, quibus cum strenue pugnans aut alter Lysimachus liberetur, aut fortiter potius moriat. Ferus credo rex natura, aut barbarus natione? quę scilicet religionem negligat. Immovero et hic minime barbarus, et idem etiam hostis barbarorum, neque natio non moribus humana, religione pia, fortuna infelix, uoluntate hostis sempiterna barbarorum, ut perspicuum sit omnibus, nisi tanta acerbitas istius conditionis sit francica3 gentem, quę parata et est, et semper fuit se, et sua pro pietate profundere, nunquam hęc esse optaturam. Verumtamen hęc eo dixerim non tam ut quę ipse facturus non sis, neq3 galli ex animo optarint commissum iri existimem, quam ut te admoneam, has uoces indignationẽ longi carceris, et intollerabilis mulctę vulgo fuisse iactatas. quę quamqua3 incertę, cauere debes, ne materia3 dent obtrectatoribus vociferandi, hoc ne pudoris vulnus ferri posse? ut humanus rex cogatur desiderare sua vulnera spargi in barbaros populos, aut in communes omnium hostes piratas. huccine tandem religione3 christianam recidisse? ut christianus cogatur optare incide

re in quamuis barbariem contra morem maiorum,quorum nobilis moderatio efficiebat, vt nihil crudele imprecarentur,sed optarent potius regna sua,si forte uincerentur uictoribus euenire. Et quorum singularis humanitas ex feris mansuetos reddebat,quos superauerat, ne peius agere cum hominibus, quam cum bestijs uiderentur, quas cum feras cępimus, mansuetas reddimus. cum iam ex ijs, quę ante dixi, intelligere possis, quos quo die hunc expedite dimittes fructus.quaȝ lętos,quaȝ uberes,quam magnarum utilitatum, quam multarum laudum percipies,quos contra,et quantos labores,quas difficultates,quam inutiles,quam inglorias ex eiusdeȝ sera,et tarda dimissione.cur hunc expeditius,et celerius non dimittis?si minus exemplo eorum,qui sola humanitatis laude adducti celeriter hostes suos liberarunt. qui plerasqȝ gentes eodem die hostium loco, et ciuium numero habuerunt. At certe more eorum, qui solam in hoste vtilitatem respexerunt, qui nondiu obscura spe,et C ęca expectatione suspensos captiuos hostes tenuerunt,sed aut pœna,aut beneficio eorum animos prę occuparunt,qui quos incolumi regno cepissent,eosdeȝ quoque celeriter dimisserunt. Quocirca Carole laxa aliquando animum a tuorum contentione,qui ministri sane fideles, sed moleste seduli acerbiorem te esse volunt,quam aut natura,aut consuetudo tua patiatur, aut captiui fortuna adhuc concedat. Quem si regno exuisses,si consensus galloruȝ esset disiunctus,si eius regnum nouum,et non uetustate grauissimum,et santissimum apud omnes nationes haberetur,si odiosum subditis,externisqȝ, et item simile si esset regno Persarum. quorum capto rege etiam regnum captum fuit. cui subiecti omnes cum essent serui,non tam fortitudinis mores,quam seruitutis fuerunt,tum fortasse occasio esset,si ius regnandi causa violandum est, cur hunc diu retinere posses. At enim regno incolumi,tribus filijs viuis,et incolumibus,aliaqȝ permulta stirpe regij generis

salua,

salua,hunc tenere,nonne est, quasi auribus lupum tene re?Enimuero Galliç regnum non tantúmodo tot an nos idcirco permanet incolume,quod regnandi gnaris regibus utatur,sed quod etiam regium nomen ueneretur,atq; usq; ad extremum regij sanguinis successorem honoret,regni que maiestatem in eo solo existimet.neq; uero gallici regni successio per incertam fortunam uagatur,sed fixa in omnes cognatos procedit,huc accedit tantus consensus obedientium,qui reges nihilominus, ut sint infelices,tuetur,atq; adeo pristinç fortunç uenc ratio sequitur aduersam,ut subditis studium crescat in laboribus.Corpus Regis tenes,at non regnum,non re gis uirtutem,neq; maiestatẽ,quin habitet in oculis om nium , non rege potentius numen cepisti tanti regni unam,eandemq; sententiam, quç maximum numen est uirium , et fortitudinis, non tanti facinoris inuidiam, qua principum omnium hunc liberare incepisti,cum ip sum cepisti,quem diu tenere non potes captiuum, quin quoq; ipse captiuus teneare , non dico tantúmodo inuidiç,atque odij omnium gentium,sed aliaruz plurius, et maiorum rerum,quas certo loco dicas uinculis.quç igitur ne captiuum quidem , usquequaq; sine periculo aliquandiu retinere non possis,quemadmodum illum nisi humana conditione solutum in perpetuum sine periculo sustinebis?an si,ut istis uidetur , exacta immani redemptione,hoc est neruis exsectis, ipsum solutum,ac debilitatum reliqueris?At isto modo non hunc soluz, sed huius ipsius quoque posteros iusto odio armaris; hoc est iniuriam passis,et odio inflammatis uires nunquam deerint.Quid quod neruos,ut affligere,ut debili tare,ut contundere,ut labefactare, at exsecare, tollere quidem certe non possis, quin fortasse non continuo, sed certe non multos post annos recreati exsurgere,atque erigere se possint fundamento illo firmissimo nitẽ tes iudicio subditorum, et consensu obedientium iustis odijs prçsertim confirmato.Etenim si omnibus cla

dibus olim attriti, si prope excisi Galli dissensionibus domesticis, et bellis externis et sępe alias, et maxime tuꝫ odio quod iustum, et debitum conceperant ex iniusta, et minime debita diuturnitate carceris, in quem conditus Ioannes Rex diutius, quaꝫ conueniebat asseruatus fuerat, robustam nationem tertię partis Gallię tot annos potientem, et dominanteꝫ non modo viri, sed etiaꝫ fęminę habitu armatę militari ex gallia depellere potuerunt, quales tandem iam incolumi regno, et saluo consensu obedientium fore arbitramur? num tam abiectos, quam quidam abijciendos putant? qui tibi consulunt, ut quam longissimo carcere, et quam grauissima redemptione gallos abijcias, ne quãdo erigant se. quid si sic ne abijcias quidem. quid si excites etiam? quid si quemadmodum maiores ad ligandum uires aliquibus lignis contusis existunt, quam integris, sic horum uires affligendo excites, contendas, animes. Quid si ut Atheniensi, ut Romano populo ruina vrbis maximuꝫ incrementum attulit, ita intollerabilis ista, immensaqꝫ abiectio gallorum securitatem excitet, cuꝫ cęteris in rebus, tum ne plusquaꝫ suis, confidant externis, et aduentitijs copijs, quarum perfidia hic infelix est. Vt ne addam iaꝫ, quod et possem, et deberem, si regem, et regnum tam affligere, tam eneruare posses, ut postea neque is erigere se posset, neqꝫ meruere quicquam ipse ab eo haberes necesse, tibi uitio, et culpę fore. Regnum, quod contra barbaros mille ducum nobilitauere labores, tot reguꝫ tanta indole quęsituꝫ, quod se, et cęteros christianos, usqꝫ ad vltimam Syriam partim armis, partim nominis authoritate tot secula seruauerit, quod ex tot barbarorũ tempestatibus armorum ui euaserit, id nunc iaꝫ puncto temporis ob unius captiui, inermis fortuitum carcereꝫ, ob cuius similem barbari ultimi aliquando gallię regibus pepercerunt, abs te uicino, tot nominibus propinquo uexari, perturbari, euerti. ne illud quidem afferaꝫ, quę religio? quę humanitas? quę ęquitas hoc statuit? ut

cum iure quis abijciat,a quo metuat,ne posterius abijciatur. Immo uero sint hęc iam nimium antiqua, sint mortua non naturę tuę, sed christianorum moribus, qui uiuere desierunt,cuȝ magis uiuerę debebant. liceat tibi hunc contundere,frangere,abijcere. Tamen is ista grauissima mulcta abiectus grauior hostis in te excitabitur,quam antea cum integer esset.tum eniȝ armis uirtutem tuam exercuit, illustrauit, nunc cum iam captiuus diu tenebitur,cum immoderata mulctatione affligetur, immoderationis tuę testimonio sempiterno te oppugnabit.non solum uiuus apud uiuos. sed multo etiam magis mortuus apud posteros. Quorum quemadmodum integrum improbare non potes,ita uiuoruȝ contemnere non debes iudicium.qui qua ęquitate animi istud passuri sint,tibi prouidendum est.Potissimum cum fieri soleat regum afflictę fortunę, ut multorum animos ad ferendam opem sibi, auxiliumqȝ alliciant, et maxime eorum,qui Reges sunt,ut tantum fracti sępe possint,quantum nunquam integri optare ausi fuissent.ut etiam apud barbaros calamitosi Regis maiestas sępe plus ualuerit, quam uel priuata necessitudo, uel florentissime opes. Tigranes suas uires cum uiribus Mithridatis affinis contra Romanos non tuȝ coniunxit, cum Mithridates floreret,passus fuerat ipsuȝ abijci, atque expugnari,recusauit potentissimum socium, et cuȝ profligato,perdito,et pene sublato bellum suscepit ancipitemque rerum fortunam subire uoluit. Nam quid ego dicam de Bocco Maurorum Rege?nonne florentes res cum Iugurthę rebus perditis miscuit? non tandẽ Iugurthę exclamat,se fortunarũ misereri? queȝ primo abijci facile patiebatur.quid pręterea alios permultos demonstrem?cum iam hoc idem in Rege uidere liceat, cuius audita sorte uniuersi principes ingemuerũt, quorum permulti qui antea in hunc infesti ferebantur, ex audito huius ipsius casu,ita in captiuum iracundiaȝ remiserunt,ut et uestem mutarint nonnulli,et lugubrem

sumpserint.et quos iamdiu nulla gratia,nec ratio, nec humanitas in liberum,et potentem mitigare potuerat, Dura captiui conditio illico mitigauit,atq; reconciliauit. Existimarunt enim honestius aliena indignitate, quam re sua commoueri, hostilisque odij esse limitem quendã,quem ultra procedere non oporteat. Denique omnes Principes christianos intellexisti,atq; barbarorum maximos reges huius matrem Galliç dominanteȝ consolatos fuisse,et opeȝ detulisse,et te admonuisse Regis uirtute prçstantis liberationem iam nunc quasi spectaculum totius orbis,paulo post in oculis omnium gentium insigne gloriç tuç clarissimum esse uelles. Quorum humano officio animaduertere potes, non modo illorum odium fugiendum esse, uerumetiam pietatem ęmulandam.Nam cum sola auditione regiç fortunç commoti tot alieni Principes te supplicibus legatis monuerint,hortati sint,atque rogauerint,ut is aliquando liberetur,tu affinis conspectu ipso magis commoueri posse,et non nolle mihi uideris,noui humanitateȝ tuã, non sic fortunam iocari patiere,non sic humanis in rebus baccari,ut gener socero uincula imposuisse dicatur, quem diu non modo britanni,et sarmatç reges,sed barbaris barbariores non uerbo soluȝ abs te frustra requirant,et debitum captiuis regibus officium flagitent, uerumetiam facto partes tuas suscipiant,et fructum tanti officij,tamque prçclari facinoris laudem tibi non modo prçserpant,sed etiam prçripiant.prçserpent quideȝ, si conentur.prçripient autem,si conata perficiant.quid hoc reges soli?Immo etiam duces,et principes populi. At forsitam simile ueri non videatur, qui omnes iam antea tam multum, et tam diu te adiuuerint ad hunc frangendum,et qui in rebus dubijs te secuti sint, nunc cõfirmatis relinquãt.quid si hoc etiaȝ magis,quaȝ quãdo dubiç erant.tuȝ enim quod dubias existimarent, ꝙ gallicas uires,quas ipsi sçpe pares,sçpe superiores uiderant,oppositas haberent,quod permagni ad res, ratio-

nesq; suas interesse putarent, vos esse pares, idcirco partē, quā infirmiorē putabant, tuebantur, quam firmiorē oppugnabant. at cum iam perspicuū sit unum, et solū te maxime posse, abs te solo nunc metuent. qui si te tā nusquā unquam metuerent, quā nunc usquequaq; metuere incipiunt, tamen vel regis, vel regni dignitate cōmouerentur. neq; enī si tibi tum, cum huius oppugnares possessiones auxiliati sunt, idcirco hunc ipsū cū iā oppugnes, contra eiusdem salutē se auxiliari similiter debere existimant. qui si ne captiui quidem regis sorte quicquam, neq; regni dignitate commouerentur, tamē quia non est fere quisquam, opinor, quin quantopere te metuere cœperint etiam socij tui, sępe percipiat ex multis. neq; ipse non per te percipis, si nihil dū etiam alium de istud ipsum aures tuę acceperunt. Vide igitur quid ab ijs qui tui socij non sunt, tibi expectandum sit, cum etiam socij eandem causam existiment iustam a societate tua desciscēdi, quę socios tibi eos ad sciuerat ad hunc deprimendum, quem cū iam vident depressiorem, quā aut putabant ipsi, aut volebant, excitari cupiunt. at qui nam tales erunt? uel potius qui non erunt, germani ne? qui te Imperij authoritatē, quā ad istam magnitudinem peruenisti, fulserunt. quid si quod plurimū te fulserūt, vel ex eo fortasse colligere possis, non facile passuros decrescere francicum nomen, per quod cum permultis alijs, tum plurimis Imperij ornamentis creuerint. Et enim si tibi suscepto in Imperium iampridem mirum in modū fauent francis authoribus istius Imperij aliquo modo aliquando fauebunt, pręsertim cum animaduertant nullam aliam ob causam francos periclitari, quā ob maiorum suorum beneficia germanis relicta. non enim captiuus haberetur francorum rex, nisi Imperium francorum reges erexissent. Pręterea iam multa, et magna ultro, citroq; data beneficia. Omitto sempiternas eorundem necessitudines, qui quamdiu, aut germani, aut franci nominabuntur, neutri alterorum obliuisci

poterunt,cum suis nominibus alteri fratres alterorum, alteri oriundi ab alteris admoneantur. Quam ob rem, quoniam germanorum cum sepissime hominum, tum semper morum id proprium extitit, nullius Imperium maius existimare, quam beneficiorum ultro, citroqз datorum, nunquam paterentur germani. quorum nobilitas exiuit ex francorum gente tanquam ex equo Troiano. neqз enim altius auos suos numerat ulla insignis Germanię familia, nunquā inquam paterentur, ut collata in se beneficia, ijs qui contulerunt, perniciez afferrent, ut non potius ipsi humanitatem retribuerent ijs potissimum, a quibus eam acceperunt. non enim religionem, non leges, non morum mansuetudinem ignorant francos aut primos ad se attulisse, aut in primis secum communicasse. quorum quidem omnium non immemores fuisse videntur olim Germani illi, cum Othone Imperatore multis, et magnis copijs francorum Regi opem, ⁊ salutem, ⁊ libertatem tulerunt Ludouico, quez simul cum alijs francię regulis exceperat, et normanis strictissime custodiendūm tradiderat Vgo Parisiorum Princeps, qui quamquaз Othonis sororez in matrimonio habebat, tamen apud fortem Imperatorem plus valuit afflictum Frācię Regium nomen, quam affinis felicitas, quorum omnium ut omnino obliti, ut vix honesti memores sint, qui certe nō sunt, tamen et hij, et cęteri principes etiam illi, quibus adiutus es ad hunc deprimendum, commoti metu potentię tuę hunc ipsum excitare conabuntur, ne tua seueritas in vnuз experrecta in omnes conualescat, ne vnius carcer omnium capiat libertatem. etenim si Gallię nomen, quod aliquando popularius, quam Hispanię, atqз plausibilius in Italia fuit, propter solam potentiam non grauem istis Imperij titulis sępe ex Italia depulerunt, num Hispanię nomen semper patientur? an non eo magis oderint? quo vehementius metuunt nomen Imperij, quam regni Gallici, quod iure, et regionibus certis continetur. Illud istud ad in-

finitam rem, nomenq; antiqui Imperij immensum vulgo hominum opinio profert, diffundit, dilatat. quod quidem ipsum liberis populis, quibus, quamdiu potentia Galliæ erat, quę opponi posset, non ita ualde graue uidebatur. nunc iam grauissimum uel ex eo uidetur, quod ex Imperij ruinis suam libertatem ante creuisse, et iam fultam esse etiam vulgo credi audiunt. neq; non illud idem regibus graue similiter uidetur, cum audiūt istud ipsum antiqui Imperij nomine, magis quam re ipsa existimari a populo, qui nomina mordicus retinere, rebus uero male uti solitus, ut vni Herculi labores multorum gentilium attribuit, sic dum istius potestatem tam longe, atq; late diffundere audet, quam quotidie audit veteris fuisse, cuius scis te uix formam, speciem, insignia retinere, dum quicquid de illius ui, et potestate intellexit, isti accommodare solet, te facit inuidię opportuniorem omnium regum, Ducum, principum, qui metuunt, ne quemadmodum qui deorum nominibus deoru; dona vocare olim ausi sunt, quo magis rerum ipsarum ornarent grauitatem, effecerunt, ut posteri imperite accipiendo non solum sic nominarint, uerumetiam crediderint, ita tandem aliquando ista popularis opinio omnibus persuadeat ad te, & tuos posteros totius ueteris Imperij potestatem pertinere. ita ne uero, dixerit enim fortasse quispiam mihi ęquus, securus es ab iniquis? quibus sic comparando uidebere ius Imperij minuere. Immo uero, ęquis inuidiam. neq; enim tui Imperij ius cum iure illius, eo comparo, quominus istud, quam illud dignum existimem, qui semper vtrunq; cum summo iure, tum pari quoq; gradu, et dignitatis, et honoris existimaui, sed ut disparis potestatis, neq; ita latę vnius, quam alterius parem hominum opinionem ostendam inuidiosam tibi esse, ut hinc colligas, quemadmodum tuum Imperium, quod equidem semper amplissimum esse volui, iudicaui, speraui, optaui omnes fines barbarorum complexurum esse, augere in immensum possis vitata in

uidia;atq; odio omnium principum.qui non nescij ho minum multitudinem non minus opinione,quam aliqua certa ratione moueri,et iidem egregie intelligentes regnorum,Imperiorumq; authoritatem interdum non tam sapientum iudicio niti,quam inani vulgi opinione,eo grauiore concitabuntur in te odio, quo euaseris potentior huius carcere,quo non magis vnum Regem, quam se vniuersos captos putant.atq; qui ad hunc liberandum auxilio fuerit, arbitrantur suę ipsius libertati auxiliaturum.Itali quorum non auxilio minus,quam proprijs uiribus superiora confecisti bella, iam metu gallorum plane soluti,et tuo constricti animaduertere incipiunt tandem aliquando, non tam hunc ex Italia exclusisse,quam se sibi auxilium interclusisse.hunc quidem ex uno loco remouisse,ut sibi uicinum proximu; te pluribus locis promouerent,decepti Gallicę potentię falso,atq; inani metu.tum multo etiam magis ducti specie libertatis,quam semper eis ostendisti,et professus es te tueri.at enim te probum, moderatum existimant. quis prętare poterit eos eundem te semper existimaturos?qui si esses idem futurus,qui semper fuisti moderatus,tamen quando cogitabunt, non quid ipse facere debeas;sed quantum facere possis.nu; committent?ut tuę moderationis opinione potius,quam suo consilio res suas stabiliant?Verumtamen quare?quomodo?te talem, et quando sperare poterunt?si iam sane uideant te satis non habere,quod habeas,quicquid hic in Italia habebat,et quod quorum permultorum,et magnorum agrorum ius in Gallia hic possidebat,usurparis,quod satis, superq; ingentem redemptionem,quotiescunq; uis, ab eodem habere possis,tamen hac ad hunc dimittendum contentus esse nolis,nisi etiam aliam immensam eidem mulctam irroges repetitis multarum, et uariarum possessionum ueteribus adeo iuribus,ut permultoru; mentionem inter uos uersatam fuisse ne audierint quidem pręterquam pauci siqui audierunt.Quippe quę non ex

hominum,

hominum, sed ex annalium memoria repetenda sint. num igitur hominum, qui hęc intelligent, erit quisquā tanta potentia, tam stabili, tam constanti, tam firmo iudicio de tua moderatione, quin aliquādo commoueatur, atque metuat, ne ex ista exaggeratione ingentis redemptionis ascensum parare cupias ad summum Italię Regnum, atq; Imperium, quo postea vsq; eo possis peruenire, quoad, et quantum tibi progredi libeat. Verum quid plura, quę dici possunt in hanc rationem, dicam necesse est? quandoquidem ex his, quę iam ante dixi, satis intelligere possis, num hic vnus tantum tibi retinendus sit? an non omnes sustinendi potius Principes, tā christiani, quam barbari. Quorum contra te conspirātium impetu; num semper sustinere poteris? Quamuis aliquandiu forsitan possis uel fortuna comite, uel duce huius carcere, quo quibusdam facile uidetur omniū istorum impetum posse retundi, Gallos nimiru; repressum iri metu matris de filio, germanos malis domesticis impeditos, idest religionis dissensionibus implicatos nihil tale curaturos. Reges si integri, et fortunati alienam calamitatem defendere cœperint non diu fideles fore defensores, sin infelices, fideles reperiantur, eorum defensionem, vt debilem, aut non timendam, aut ui, aut feliciori conditione oblata facile debilitatum iri. Italorum conspirationem te facile posse dissoluere partim minitando, si nimium urgeant, te cum captiuo initurum societatem eorum libertati perniciosam, partim cedendo, et alliciendo, nempe perseuerando uti nominibus tutelę et libertatis, partim, ut certiores facias principes Italię, te non affectare principatum Italię, aliquos quorum agrorum diminutionē hunc mulctaris augendo. Alijs opprimendi urbes, alijs recuperandi facultatem pollicendo, et largiendo, prorsusq; uiam illā urgendo, qua quemadmodum antea solertissime indagare sciuisti quibus rebus pręcipui propugnatores tuorum hostium conciliari possent, ita postea eoru;, quos

Infestos aduersarios,aut fuisse,aut fore dubitas,causas, et uoluntates perspicias.et quidem diligenter recognoscas,quod cuiq; sit necesse,et certe scias eorum animos attentare,modo singulis spem ostendendo,modo omnibus cum alia permulta.tum sępissime,et palam profitendo.semperq; religionis nomine te tum istam redemptionem,tum tuas reliquas fortunas contra barbaros conuersurum esse.Quibus quidé rationibus cuiusquemodi sint,ut retardare,ut consopire,ut etiam plane refutare illorum animos forsitan possis,quominus ab hoc,ut libebit mulctando impediaris.Tamen earum rationum cuiusuis potius,quam tuarum permultas exequi tua ratio non concederet, Sed ne sensus quidem tuus pateretur,siue quia propriores sint acerbis,et callidis consilijs,quam tuis mitibus,et ęquis iudicijs, siue ne alienis uitijs prope ęque,atque tuis uirtutibus magnus aut esses,aut etiaz haberere.aut si forte exequi uelles,atq; impetum illorum retardares,non causam impetus tolleres.ac potius metum, atq; odium potentię tuę augeres hominibus liberis,quibus pręcium seruitutis ingratum tandem redderetur libertatis memoria, quę non ui,non tempore,non meritis deletur.tum uero ista intollerabilis mulctatio omnia, quę erant antea suspitiosa,faceret aperta,ac manifesta.ipsa eniz mulcta illoruz animos excitaret ad excutiendas causas tuarum actionum,cum aliarum,tuz profecto uel maxime, cur ita seuere,itaq; uehementer agere cum hoc contenderis?secum autem tam remisse,tam liberaliter, cur cęterorum iniurias taz facile oblitus fueris?huius vnius omnia tam in memoriam exacte reuocaris etiam exsoleta,ut non modo ex memoria hominum,sed etiam ex ueteribus literaruz monumentis controuersię repetantur.Cum interim permulta alia ab aliis occupata facile patiare,atq; augeas.Et quid itez causę sit?quamobré alienos etiam,qui te iniuriis perturbarint,beneficiis afficias,cum in hunc ipsum tot necessitudinibus tecum

coniunctum,tam restrictus fueris, preteritis tot honesti iuribus,tot utilitatibus,tata laude,atq; adeo proposito plurimo periculo maximi damni,atq; infamie. Deniq; cur hic intra Italiam ne usquam quicquam habeat ubi pedem ponat,tam diligenter caueris. que de te hominum dubitatio efficeret,ut non se unos pretermissos,aut relictos,sed unos reseruatos opinétur, quos opprimeres postremos.ac primum sue libertatis oppugnationem in tutela, ac presidio isto latere suspicabuntur. te nimirum libertatis,et tutele aliquandiu uti,ut perpetuo gallis intersepias iter, quominus, si quando ipsis opus sit,gallorum auxilio ad tuitione; sui uti possint. latuerit aliquos olim tale artificium,nunc uero quem latere possit?In tanta luce literarum, que nemini non plane patefecerunt antiquos populos specie libertatis, et tutele externorum concidisse,cum tamen ii presidia deducerent,tu inducere uidebere.Et quidem uide ne ea, que huic detracta aliis dederis,te non dedisse,sed ad uitandam inuidiam mutuum nomen sumpsisse existimaturi sint. Ac si que alia aliis occupanda tradideris, ne te cum per te occupare non posses,dicant homines sub alieno nomine occupasse.ne te tam diu facere ista arbitrentur,quoad opinione uirtutis,et fidei cōparata authoritate et uiribus niti possis ad occupandam uel sensim singulorum,uel repente plurium libertatem. et ne omnia que facturu; te ex animo spero,et sentio, te eundem simulate facere putent.ne denique ab horum suspitione uindicare te possit tue uel moderationis maxima opinio,uel religionis studium,quo et es,et semper fuisti maximo.Immo uero,quo maiori es,et quo propius accedis ad pietate; maiorum,qui proprias,et paternas possessiones alii uenire,et in perpetuum a se,et suis posteris abalienari passi sunt,ne aliorum in barbaricam ditionem peruenirent.alii partiti sunt Imperium, sibiq; pari potestate collegas adsciuerunt,ut barbaros insequerentur,hoc magis uide ne etiam si non tua causa,qua; om-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nium,quam communis religionis istam redemptioneꝫ contra Barbaros exponere uelis, tamen ad uitandam inuidiam,quam adeptus fueris ex eadeꝫ ipsa redemptione,atque adeo ad tentandam libertatem omnium hoc populare nomen sacri belli esse quesitum suspicentur uel ex eo ipso,quod tam fructuosam tanti Regis amicitiaꝫ,totqꝫ non modo commoda pręterieris,uerumetiā tam multa,atqꝫ magna incommoda,quę postea dicam secutus fueris.Naꝫ si ex animo,et pietatis promouendę causa belluꝫ contra barbaros,longinquos gesturus sis, potius quam in propinquos,humanos, pios crescere uelis,dictitabunt pia liberatione pium regem tibi adiungendum, non ista ingenti redemptione distrahendum fuisse,pręsertim cum huius ipsius societate ad hanc rem nullum precium prestantius esse possit.cuꝫ ⁊ longe plura hic tecum associatus de suo contra barbaros sit pro te,si opus erit,consumpturus,et vero de alieno, hoc est de barbaro multo maiora tibi conciliaturus. quorsum hęc tam multa?ut illud vnum intelligas omnes tam christianos,quā barbaros ex longo huius carcere,atque ingenti ista redemptione te affectare suspicaturos esse regnum Italię, hoc est orbis terrę Imperium. quorum opinionem liberatione huius moderata reprime,atque effice,ne quod non cupis,ambire,⁊ nimium amplecti videare. Quorum quidem omnium,ut culpam soles,sic suspitionem pręsertiꝫ graueꝫ vitare debes.et eo quidem magis,quod ea neque is, neque alius quisquam pręter te iam laborare potest,quę quantum siquidem vera sit, mali afferet,hinc colligas licet,quod etiam. Si minus uera sit, tamen quamplurimum allatura est mali, qua quamdiu sane principes laborabunt tamdiu non tam tuę potentię reprimendę, quam sui conseruandi causa non modo ad bellum barbaris inferendum tardiores fient,qui quam mox, quam antea infestiores erunt tua potentia, si quidem tantopere, quam quidam volunt huius diminutione istam auxeris, Verumetiam a repel

lendis barbaris refrigeſcent. et quidem nullam aliam ob cauſam, niſi ut ſi uera ſit te a tua opinione depellāt, ſin falſa, ipſi ut ſua ſuſpitione liberentur, et te tandem metuere deſinant. neq; vero modo fortaſſe refrigeſcent in barbaros, verumetiam contra te interim excitabuntur, atq; inflammabuntur uel tuo exemplo admoniti, ſi malueris vlciſci tam grauiter ante tuum ciuem, quam hoſtem communem iamdudum tuas proprias, auitas, & paternas ſedes vexare non ceſſantem, uel quod homines in neminé magis commouentur, quã in eos, quos Imperium ſuſpicantur moliri aduerſus ſe ſe. Et vero eo magis ſi ſpecie uel religionis, uel libertatis communis tuendę id fieri arbitrentur. ibi ſe decipi putant, et quod a quibus minime oportet ſe lędi opinantur, eo in eos vehementiores exiſtunt, quam in barbaros. priuſquam Rex Perſaru; cępiſſet Egiptum, et Phœnice;, Athenienſes, ſiquid ille innouaret, conſtituerunt Philippu;, et cęteros omnes Gręcos contra Perſam conuocare, poſt vbi ſenſerunt Philippum creſcere, tanto odio exarſerũt in Philippum, ut cu; Perſa ſocietate; contra illum inierint. quamquam quidem olim maiores Athenienſiu; piſiſtratidis infenſi fuiſſent, quod regem Perſarum in Gręciam adduxiſſent. Quorſum hęc? dixerit quis, nunquid credis Chriſtianos aliquando ſimile quiddam facturos? hoc credere nec poſſum, nec debeo, illud quęro, utrum credibilius Athenienſes, qui olim nihilominus, quam nunc Chriſtiani barbaris infeſti fuerunt ſuſpitione, et metu, ne Gręci ipſi a Gręcis ſpoliarentur, in ſocietatem ſuam barbaros conuocaſſe, an Chriſtianos poſſeſſionibus ſpoliatos, non tam valde acri, quã ante ſtudio futuros ad repellendos Barbaros, pręſertim ex illius regionibus, a quo ipſi ſpoliati ſint. etenim ſi olim cum iura, cum leges, cum pietas colebatur, cu; nondu; honeſti reuerentia aduerſus hoſtem proſtrata erat, nec dum ſeruitus a Chriſtianis timebatur, minime multi inuenti ſunt, qui uellent pro communi libertate in pericu

lum suas fortunas o blicere, quanto minus multi inue nientur, si quidem uiderint non modo posteris eorum paucorum, qui non dubitarunt vitam in tot, tantosq; Barbarorum impetus offerre pro communi libertate grauiorem libertatis recuperandę conditionem ferri a Christianis, quaʒ nondum ne captiuis quideʒ nostris re gibus lata sit a barbaris, verumetiā sibi ex eo ipso serui tuté impendere. oliʒ pro libertatę, pro honestatę pugna batur, nunc quid est, quãobrem pugnetur? propria liber tas? at seruitus cõmunis timetur a christianis, an honesti defensio? quid si christianorum licentia perfugia huma nitatis clauduntur? quid si pręsidia uirtutis deserũtur? quid si iura omnia non solum negliguntur, verumetiaʒ euertuntur, et perfringuntur, quid si etiaʒ iam tam abie cte prostrata sunt, ut nulla spes sit excitandi, nisi ve stra reconciliatione, quę quem ad modum esse non po test sine huius humana liberatione, sic profectio contra Barbaros uehemens esse nõ potest, nisi is, qui Dux, atq; Imperator belli barbaris inferendi esse volet uel impri mis caueat ne barbaricarum cupiditatum sit seruus, nisi prius quam speret ullam Christianorum societatem se contra Barbaros inire posse, dissociet se a teterrimo ge nere barbarorum libidine dominandi, quaʒ qui sibi pri mus associarit, ille se cum Barbaris primus coniunxe rit, nisi prius cõponat discordias, nisi principibus Chri stianis quę cuiusque fuerint, restituat. cum sine iustitia ne inter latrones quidem vlla coiri societas possit, et ne Christianos indigne abiicere conetur. nam si quid Aga mennon indignum principibus Gręcię aliquando fe cisset, si gręcorum urbes afflixisset, si gręciaʒ domestico tumultu repleuisset, contra barbaros nunquam illaʒ po stea adducere potuisset, sed potius barbaros in Gręciaʒ adduxisset. Naʒ multis seculis post Agamennonem, cur gręci contra gręcos socios sibi asciuerunt barbaros, a quibus naturali odio diffidebant. initium, et causa hu iusce mali fuit, quod qui uincebant secundam fortu-

nam non satis animo magno ferentes victos quasi parvas pęnas cędibus, et rapinis sustinuissent, post prelius apud commune grecię concilium insolenter accusabant. quorum iudicium cum exerceretur ad arbitrium, libidinemq; victoris, tantę pecunię sępe uicti condemnabantur, quantam non possent dissoluere. quę res effecit, tanto inter se odio flagrarint, ut cladium suarum obliti perire ipsi, quā non perdere hostes mallent, et penitus perspectam experimentoque cognitam Persaruz, et macedonum crudelitatem pati, quam parcere suis hostibus mallent. Quid tum inde? num quando tandem quippiam tale arbitraris vsu inter Christianos uenire posse? equidem certe nunquā, quamdiu, qui pares religione, sed inferiores fortuna sunt, ab ijs qui superiores erunt, christiana ratione, non barbarica libidine tractabuntur. quemadmodum quamdiu greci inter se rationem seruarunt humanitatis, moderationis, reliquarumque uirtutum, quas innatas in animis hominum, sed latentes grecia exercitatione, et disciplina euocauerat, educauerat, confirmauerat, tamdiu toti et animis, et corporibus abhorruerunt a barbaris tanquam naturę, et humanitatis communibus hostibus. cum uero gręci naturę, et humanitatis inimici esse cępernnt, cum barbaricam licentiam usurparunt, idest libidinem, in humanitatē, iam tum absurdum non putarunt barbaricis armis uti alteri in alteros, qui barbaricis moribus in grecos uterētur, quibus qui primus vti cępit, qui adiunxit sibi primus inimicissimum, et teterrimum genus barbarorum ambitionem dominandi, libidinem crescēdi, ille se cum barbaris primus coniunxit. et quidem strictius, quam qui ad repellandam iniuriam sibi barbarica licentia illatam armis barbarorum uti coactus est. Atq; etiam multo quisquis fuit ille, barbarior fuit, et idem multo indignior uenia, quam qui barbarus est lingua, et natione, hic animi bona latentia in suam lucem nullis pręceptis euocata minus perspicere potuit. ille

enim uero tot preceptis sapientum euocata, tot institutis rerum publicarum educata, tot exemplis suorum maiorum, & certe illustrium uirorum confirmata, toties, et tot modis tradita, uel etiam auribus, atq; oculis suis inculcata debilitare, atq;, quantum in ipso fuit, funditus perdere conatus est. qui si quia fortasse minus inuidie ex suis moribus barbaris, quam ille ex armis barbaricis sustinuit. idcirco minus uitij, culpeq; se sustinere arbitratus alterum reprehendere ausus est, ne ille cecus fuit, qui se non uiderit reprehendere alterum haud quaquam sane posse, quinquam grauissime, atq; adeo prius se reprehenderit, cum cause non attribuende malis sint in fine factis, sed primis peccatis. qui, si quod homini magnanimo maxime alienum est, apud imperitam multitudinem, que non consilio, non ratione, non euentorum causis, sed magis ipsis euentis laudare, aut uituperare solet, accusare potuit. num etiam apud sapientes? qui causis, et consilijs magis, quam euentu consiliorum res ipsas appendunt. qui si etiam utrunq; statuissent reprehendi oportere, num tamen dubitandum esset vtrum magis? illum ne? qui felix, qui neque de libertate, neque de salute periclitans, qui omnibus rebus superior inferiorem immani modo, et more barbarico oppugnauit miserum, et misericordia dignum. an eum, qui ob incertos casus, martemq; communem de iuris, de libertatis, de rerum, fortunarumque omnium salute periclitans, cum neque per se, neque per ceteros grecos auxilium saluti sue ferre posset opem barbarorum sepe delatam accipere coactus est, quam pretermittere saluo capite non potuisset. quin haud scio, an ad tuitionem, et conseruationem sui non modo delata, sed etiam implorata uti potuisset, atq; idipsum non modo non repugnante ratione, sed etiam impellente natura. cuius imperio, et prescripto etiam feris concessum est, ut quacunq; ope possint, uim a corpore, a capite, a vita propulsent. et equidem illud dubito, quid tandem sapientes respondissent? si quis quesijsset

ab ipsis

ab ipsis, vtra melior? romanorum ne ratio? qui hanc a maioribus disciplinam habebant, ut nullius amicitia prohiberentur a propulsandis periculis etiam alieno rum, an grecorum postulatio, si postulassent ab alteris grecis, ut alicuius inimicitia prohiberentur propulsare sua propria pericula, presertim illata ab iis, qui tale quippiam postularent. Atq; hec omnia non tam dubito, quia ratione dubia sint, quam quia christianorum exemplis in posterum perspicua fieri nollem, que quominus fieri a quoquam possint, utinam tam dubia semper omnibus christianis uideantur, quam illud nonnũquam mihi maxime dubium uidetur, utruȝ sit aliquod precium tantum, quod tibi tam gratuȝ futurum sit, quã simile quicquam, si quando inter christianos euenerit, quod deus prohibeat, barbaris esset iucundum. qui quãquam cetera indocti, quamquam agrestes, tamen 7 longo usu suo, et nostro cotidiano malo plura multo nostris dissensionibus consequi, quaȝ suis armis didicere. Et id iam certius sciunt, quam quiuis doctus illud certissimum ex literarum monumentis potest intelligere, nullum nimirum omnino vnquam Imperium cecidisse, nisi hac domestica peste. Nam ut sileam Assyrioruȝ, Medorum, Persarum, sic Macedonum Imperium euanuit, sic olim reduces a Troia Heroes periere, sic vicit Annibalem non populus Romanus, sed Carthaginensis, sic Galli quondam, quos nunquam Romani uicissent, nisi a maioribus gallorum quos usqȝ ad exitium discordiarum odia fatigabant, inuocati, adiutiqȝ fuissent, sic populus Romanus, qui bellando omnes uicerat gentes a singulis uictus est, sic christiani, dum alteri alteros quouis modo, et uictos acerbius ulcisci conantur, barbarorum captiui facti sunt, sic Asiam, sic Africam, sic maximos Europe populos Thraces, Macedones, Epiros, Illyricos, Dalmatas, mesos, grecos, Pãnones amisimus, qui si conuenissent, si concordiaȝ inter se cõfirmare uoluissent, si aliquid de summo iure, si multuȝ

de cupiditate dimisissent, et Grçciam florentem ꝛ reli-
quas orbis partes christiani etiaȝ nunc haberent. Neqȝ
ullus malorum finis, sed ne modus quidem reperietur,
priusquam qui communis martis incerto casu superio
res extiterint, sua propria uirtute moderatius, quaȝ qui
modo a me commemorati sunt, suarum iniuriarum vl
tioneȝ temperent, et ita temperent, ut non modo in ho
stes mitigentur, sed plane recōcilientur, multoqȝ secus
iudicent, atqȝ aliqui, qui tibi accurate caueri putant, si
ita res constituantur, ut hic quammaximis malis affli-
gatur, quem quin tu quoqȝ affligaris, affligere non po-
tes ista immensa, intollerabiliqȝ redēptione. quç quot,
et quanta ante dixi mala, non modo importaret, ueruȝ
in ea quoqȝ retinenda mille committenda essent scele-
ra abs te etiam nolente, et deplorante sortem tuam, qui
in eam necessitatem peruenisses. quoties, et quantis do-
loribus torquerere, cum tibi cotidie diceretur, quç hu-
ius carcere occupasses, te retinere non posse, nisi popu-
los etiam eos, quorum auxilio creuisses, turbares, nisi
in multas partes distraheres, vt depressi nihil contra te
moliri possent, nisi principatus etiam nihil ad te perti-
nentes occupares, nisi multis indignis permulta dares,
nisi etiam multos optimos uiros opprimeres, nisi plu-
rimorum magna, et permulta uastares. quorum uasta-
tio a rep. seiuncta esse non potest, num igitur abs te?
multo minus. Deniqȝ nisi alia sexcenta aliena a probi-
tate tua committeres. quç quidem ipsa, si per te solum
consideres, propria morte fugeres. aut certe si bene no
ui probitatem tuam tibi magis conducere existimares
uitam in agro oscuram uiuere, quam tot, ꝛ taȝ insignia
non solum dedecora, uerumetiam scelera committere,
quç conducere minime possunt, si quidē ea maxime cō
ducunt, quç sunt maxime recta, cum prçsertim multo
plura, ꝛ maiora assequi possis sine ullo scelere et
summa cum uirtute, et laude. siquidem hunc humani
ter liberare quam acerbe mulctare malueris, illic prçci-

pua tua, et propria uirtute amplissimus existimabere, qui quod triumpho multo amplius est, dei hominumque iudicio, et consensu omnium iudicabere, mansuetudine, et innocentia in captiuum Christianuꝫ regem contra barbaros creuisse. hic uero hominis tot nominibus coniunctissimi fortuito carcere, et per christianorum incommoda auxisses Imperium, cuius quidem quamuis permultos agros amissos redimere a Christianis posses immensa huius ipsius redemptione, tamen amplificando, atque augendo ex barbaris maiorem laudem consequere, cum ne ob recepta quidem, quę direpta essent, verum ob amplificata concedi triumphi soliti sint. P. Scipioni ob recuperatas Hispanias, fuluio, et opimio post diuersos exitus prędiorum, fregellanis hostibus capitalibus in deditionem compulsis triumphi sunt denegati. Pompeium si pro suis possessionibus bella gessisset, nemo magnum dixisset. quid quod tam et si quę dixi facinora committeres securitatem tamen tibi non parares, sed maius odium tibi accelerares. quorum ipsorum minime nescij, et alij permulti, et uero multo minus ueteres romani illi. qui cuꝫ multis prędijs usi essent secundis, cum multa, et magna bella gessissent. cum maximas clades intulissent, cum plurima diruissent, tandem intellexerunt inter tot uicina odia se non posse cōsistere, nisi eos, quos bello fregissent, et ui subegissent, atque adeo cępissent, animos quoque beneuolentia caperent, quos nisi quis cęperit, nunquam diu tenebit homines. quorum prima natura est, nihil pati uelle, neque posse diu, nisi amicum, siue id sit homo siue ius, siue fedus, siue pax. eorumque nullum homini amicum posse fieri, nisi quod sit ęquum, in hisque diu non permansuruꝫ, quorū pęnituerit. itaqꝫ postea quā populus romanus quamuis adhuc inops intellexit, melius esse amicos, quam seruos parare, tum denique non tam malorum ultione, quā pudore moderationis suę vi subactos continere studuit, neque tam ueterū odiorum causas sequi voluit,

quam nouorum relinquere noluit.ex quo consecutus est,ut quemadmodum ipse quod uicisset,causam,quare gauderet,habebat,sic cur se uictos facile paterentur hostes haberent,pręsertim cuȝ suę vtilitati consuli,atq; romana ciuitate omnes prope Itali populi se donari senserunt,ut Roma tamquam patria communis esset,ut bellum non contra illos, sed pro illis gestus fuisse uideri possit.quandoquidem ne uictis quidem minus,quaȝ uictoribus uictoria vtilis fuit.cuiuscemodi ratio ne barbaros quidem latuit.quorum quid ego hic iam permultos veteres commemorem, qui nullam perpetuam confessi sunt secundę pugnę gratiam permanere nisi moderatę.cum ostrogotorum Rex theodoricus non ita valde vetus francorum regi Ludouico scribat,sed ita,accipe in talibus causis frequenter expertum . illa feliciter bella mihi euenerunt,quę moderato fine temperata fuerunt.is vincit assidue,qui nouit omnia temperare,⁊ sane qui quęrit ueram victoriam nō quidem quęri quouis modo uincere,sed moderato,quo qui utetur,habebit hoc ne unquam uincatur.atque diu dominabitur,si nequaquam tantum vicerit,quantuȝ voluerit.id quod quis oratione complecti queat, quot principes populos,quot reges ex paruis oppidis ad maxima perduxerit Imperia.quot contra,et quam multos ipsum ulcisci acerbius ex maximis Imperijs detraxerit in seruitutem extremam . Qui igitur putant si longinquo carcere,si grauissima mulctatione hunc extenuaris , et quam maximo possis interuallo infra superiorem fortunaȝ,quaȝ liber habebat deturbaris,tibi pepetisse magnum quidaȝ, plurimum a ueritate aberrant. ea enim quę putant non tam accident,quam odia,bella,expensę frustra fient.hostium animi non mulctis,non iniurijs inferiores fiunt, sed beneficiis ; sed iure, quod ęquitas expresserit, non quod vis extorserit,aut iusiurandu; cōfirmarit . quod uerbis concipi potest,reuera seruari non potest, neque solet,nisi quod ęquitas, hoc est existimationis pericu-

lum,et conſcientia recti iuris conceperit. quare qui om ni cautione, omni execratione,omni iure iurando fędus iniquum deuinciunt, non tam deuinciunt, quam diſſoluunt,neque tam feriunt,quã iugulant.tale enim fędus,qui ferire coguntur,quaſi illo fœdere icti eſſent, ita cupiditate ulciſcendi vulnerari incipiunt.hic etiam erit quiſquam,qui miretur permultos minus potentes a multo potentioribus numquam vinci bello potuiſſe,et ſi pręlio victi fuerint.ergo ne pacem tibi cupis cum bono,et manſueto,an cum acerbo?cũ bono inquies.tanta igitur acerbitate afficiendus non eſt.ſiquidem homines acerba paſſi, acerbiores fiunt,et iniuria leſi iniuſtiores.quid hoc ego dico? imo vero ueridicus vates,et quidem veratior, quam Sybilla.ille enim uero ait curandum eſſe imprimis ne magna iniuria fiat fortibus,et miſeris,tollas licet omne quod vſquam eſt,auri,atque argenti,ſcutum, gladium relinques et iacula, et galeam. ſpoliatis arma ſuperſunt.nemo igitur ſe magnum et potentem putet,quod permultis urbibus ad regnum ſuum adiunctis,adeo grauiter hoſtẽ abiecerit,ut ſibi amplius timendus non videatur.nulla Imperia ceciderunt,quãdiu honeſtatem non minus quam vires hoſtium metuerunt, ſed cum effecerunt, ut ab iniurijs ſuis hoſtes ſibi metuerent neceſſe habuerint.ſed enim ſiue metuendi,ſiue non metuendi cauſa tibi ſit,ſemper laudem adeptus es ex huius liberatione.cuius quidem vires ſi numquam metuendas tibi putares,et tamen non modo non abijceres,ſed etiam excitares,oſtenderes te tum a moribus barbarorũ remotum eſſe, qui vbi nihil timent, ſe ibi ſęuiſſimos prębent.ut qui non pudore, ſed metu, ac timore reprimi ſoleant, tum alienum a cupiditate.eiuſdem eſt enim animi non metu debilitari, et non frangi cupiditate. atque ut huius culpa non eſſet, ſi ipſe tanta potentia eſſet, ut iniquis ſuis formidabilis videri poſſet,ſic tuę ęquitatis,et ſapientię laus eſſet,ſi cui ſalutem et dignitatem reddidiſſes,eum non timendum putares,

ſin aliquando regni gallici vires metueres, et tamen liberares, profecto te oſtenderes recte preditum eſſe ſumma illa, ꝛ plane Imperatoria animi magnitudine, quę nullã glorioſo periculo ſecuritatez ingloriam antepo nit. neqꝫ propter ullũ metũ relinquit id, quod eſt hone ſtum. cuius vim magis metuere oportet, quam potentiã, ac nequid malefaciat, quam patiatur. pluſque mentis ſuę conſcientiam, quę a nobis vitari numquam poteſt. quę inique factorum conſcia ſine metu eſſe non poteſt, timere decet, quam hoſtium vires, quas uitare ſępe poſſumus, qui humanus, ꝛ generoſus metus eſt. fortitudinẽ enim non vacuitatem timoris, ſed ignauię ꝛ turpitudinis timorem quemdã priſci exiſtimaſſe uidentur. at hoc liberationis beneficio addito ueſtris neceſſitudinibus, cauſa metuendi iuſta non erit, ſed ne dubitandi quidẽ. ſi metuimus, quos benificijs afficimus, quibus confidamus, non video. non enim eos, quibus benefecimus, ſed quibus male metuere oportet. quare quem nunc cum aliqua cura tenes, ſine vllo metu, tum ſumma cum animi ſecuritate tenebis. qui quemadmodum minus timebis ſi nihil conſcius tibi fueris ex huius carcere, ſic hic hoc magis te timebit, quominus te timere debeat, effeceris humana dimiſſione, quę faciet, ut hic non te ſed pro te timere vſque eo poſſit, et debeat, nihil vt ſit quod tu ab hoc non modo non timere, ſed optima quęque expectare debeas. neqꝫ hic non tibi confidere poſſit. atqꝫ qui iſtam intelligent humanitatem, omnes ut metuere deſinent potentiam tuam, ita vereri incipient tui offenſionem. reuerentia metu pręſtantior eſt, quem enim reueremur, eum uerecundamur offendere, eundemqꝫ amemus, laudemus neceſſe eſt, ut oderimus, improbemus, quem metuimus. quam ob rem quoniam uides neqꝫ ad potentiam, neque ad laudem principum, tam pręcipuã eam eſſe fortitudinem, quam nulla vnquã pericula de ſuis poſſeſſionibus metu dimouere potuerunt, quã quę nullo periculorum metu dimoueri potuit ab eo, quod

ſit honeſtum,iuſtum,ęquum,tibi cauendum eſt, ut non ſolum huius carcere minuas metum,qui tuas res debili tate queat,ſed etiam magis metum illuȝ,qui cauſas,qui iura tua infirmare poſſit.Nam ſiue cum hoc contrahas quamdiu erit in carcere,ſiue cum eodem in regnuȝ qui dem ſuum dimiſſo,verum ipſius filiis vt nonnulli tui volunt in poteſtatem tuam immiſſis,et paterni carceris vicariam operaȝ ſuſtinentibus,tamen quo modo?qua ratione?qua regni ſui voluntate tecum decidere pote- rit?ſi maxime cupiat. Ac ſi patrius in liberos affectus tam grauis,atqȝ vehemēs eſt,vt iura,vt inſtituta,ut ani- mos gallorum ad conſentienda,quę poſtulas poſſit co gere,irrita tamen erunt,⁊ nulla non dico modo quod pater ab hoſtibus captus in poteſtate deſinat habere fi- lios,ideo illum eos dare non poſſe,aut quod libertati tantum a maioribus tributum ſit,ut ne liberis quidem patribus,quibus in liberos uitę necis qui poteſtas per- miſſa erat,eripere libertatem liceret.Ne illud quideȝ aſ feram captiui matrem,quę quid,et quantum datura nō eſſet,dum ſibi ſuus detur filius,captiui filios dare non poſſe?pręſertim primigenium ſine aſſenſione,atque ap- probatione regni,a cuius legibus,non a teſtamento pa terno regnum accipit.Immo uero hęc omnia ſint ſane nullius momenti,tamen quia ui,quia metu facta fue- rint,nulla erunt,non enim captiuis liberis pater magis liber erit,quam nunc cum captiuus eſt.Immo vero nō egreſſus ex uno carcere,ſed treis carceres ingreſſus, ne- que tam ad ſe liberandum emiſſus,quam ad ſuos capiē dos,quam ad triplicem redimendam uitam immiſſus vi. debitur,quid ita?quia inſtituente natura ſuam procrea tionem propria uita chariorem homines habere ſolēt. Quid homines ſoli?non ſed et ſerpentes,⁊ immanes fe rę,quas feritas pręſtat indomitas,catulorum amor edo mat,ſed vſque eo,vt in vincula ipſas agat pręcipites,ut neqȝ quidquam ſupplicij pro catulis ſuſtinere,ne uitaȝ uidem profundere recuſent.quid?quod nulli liberi ve

hementius desiderandi,quam qui et propter patrem ca
ptiui,& prius vsui,quam oneri esse cęperint.quiq; hila-
riores in carcerem immissi fuerint,quam emissus fuerit
pater.quis nescit quam effusa sit indulgentia de suis ti-
mentium.Quam quidquid poscatur dare parata,et om
nia pro filijs pacisci pręter filios,quaз paternus affectus
non sustineat moram,quam ratio,huic affectui impo-
tenti imperare non possit.Qui nullum dominum no-
uit,nullum periculum,nullum damnuз attendit in do
lore filiorum,qui leuis est,si consilium capere potest.
hic patris animum pręcipitabit,indulgentia.vrgebit,de
siderium capiet opprimet metus.quo siue metu, siue er-
rore quęcunq; cum ipso contrahes,infirmabuntur.pri
mum qui errat,non consentire videtur.hic non errare
non poterit.Etenim si infelices non modo surdi sunt,
sed ne uidentes quidem vident perspicua.si mens quali
bet erecta excidit,quibus est fortuna tristis. et id si hu-
mana conditio pessimum habet,ut quos fecit infelices,
eosdem quoq; faciat in pessimam partem consulere, si
seruis dimidium ingenij aufert,quid relinquit captis?
quo captu animi?qua comprehensione mentis? qua co
gnitione rationis?qua constitutione sententię?qua cau
tione iuris?qua perceptione iudicij verum consiliuз ca
pere poterit:is qui non modo sui consilij cogitationeз
capere,sed ne alterius quidem consulentis sensum attin
gere possit,id quod intelligi potest ex illis , qui quon-
dam captiui fuerunt,qui pręcipitante simili dolore alij
domesticos intimos se consolati ingressos interfece-
runt,alij quamquaз quandiu liberi vixerunt antea for
tes visi essent, tamen postquam captiui facti sunt, non
modo consiliuз, sed ne vitam quidem ferre potuerunt.
difficile est non desipere inter magna mala , difficilius
inter maxima,in quę omnes affectus grauissimi incum
bunt.Quid auditu tristius?quid ad recordandum odio
sius?quid ad dolorem acerbius?quid ad toleranduз dif
ficilius,durius,calamitosius ? quid naturę magis hosti-
le?quam

ke? quam filios cernefe in carcere hostium, quid vltra carcerem metuere omni carcere acerbiorem liberandorum filiorum conditionem? quid ne diu teneantur? ne male instituātur? ne in ęgritudinē incidant, perpetuo teneri metu. quo quid magis iudiciuʒ perturbat? quid mentē magis capit? quid magis torquet animum? num tormentū? num res ipsa, quę timetur? an non multi cuʒ corpore torquentur? animo tamen non cedunt? neqȝ eam sententiam aperiunt, quam sępe metu tormēti fatentur. vt dubiuʒ non sit, quin violentiore is teneatur carcere, cuius animus sit metu captus, quā cuius corpus captum, ⁊ maiore vi perculsus, quo animi quaȝ corporis conceptio grauior est. qui metuunt carcerem, interdum non possunt capere neque cibuʒ, neqȝ potionē. qui in carcerem coniecti sunt, possunt nonnunquam magis quam soluti comedere, ⁊ dormire. Naȝ quid ego dicam de plurimis ⁊ maximis exercitibus? qui nonnunquam aliquo metu, eoque aliquando incerto, ignoto, falso sępe fugati sunt, ⁊ id sępe passi sine pugna, quod ne expugnati quidem neqȝ capti passi ab hoste fuissent. Quid hic? nihil ne patietur? cum prospiciet filios certū, cognitum carcerem, ex quo ipse exierit, subijsse. quis tū omnium mortalium negabit? quin quamquaȝ hic ē carcere emissus fuerit, sit tamen captiuus liberis captiuis; nuȝ Darius? at is, vbi captos intellexit suos liberos, cōfitetur sua viscera esse in vinculis, seque exclamat pro eis recuperandis morteȝ non recusare. An uero tui, qui tuę humanitatis consuetudinem bene cognitam habēt, huic causam fore negabunt, cur magnopere metuere debeat, quoniam sis imitaturus veteres illos, qui obsides regum filios sic ex barbaria excolebant ad humanitatem, ut non in seruitutem abducti, sed de medio grege adulatorum deducti ad ludum, atqȝ pueritię disciplinā videri possent. ut obsidibus non minus dubium fuerit, vtra magis, quam perspicuum vtraque maxime incunabula sua lętari, ⁊ gloriari posse, patrum fortuna, et pro-

bitate eorum apud quos captiui essent. quod ipsum cuꝫ alij permulti, tum iubę filius declarat, cuius captiui conditio omni est libertate felicior existimanda, qua effectuꝫ est, vt ex barbaro, et numida inter doctissimos scriptores numeretur. tum pręterea Philippus, qui quod puer thebis vrbe seueritatis antiquę obses fuerit, quod ibidem in domo Epaminondę summi Imperatoris triēniuꝫ uixerit, vsqꝫ eo virtutibus illius institutus euasit, vt nomen Macedonum antea obscurum illustrauerit. Et ne longius aberrem ab instituto, prętereo alios, qui permulti sunt, neque tamen ulli, nisi plurima humanitate habiti, sed tanta, ut si obsidum patres defecissent, tamen filios humaniter tueri non desisterent. Quorum quamquam sis exempla imitaturus, tamen pater metuet de liberis. non enim quid fieri debeat, sed quid, ⁊ quantum fieri possit metus considerat, quo constrictus a tuis discedere quamuis iniquis conditionibus hic non poterit, nec audebit, ne ipse ab humanitate superiorum discedas, qui si forte discesserit, num ipsum reprehendere poteris? quin prius tu te reprehendas? qui tam odiosaꝫ, tam acerbam conditioneꝫ tuleris, ut et mitissimus, ⁊ suorum amantissimus cogatur malle perdere proprio spiritu chariora, quam accipere istam conditionem. Quin omnes quoque eumdeꝫ te reprehendant, atque iudicēt tuam conditionem iniquam esse oportere, quę patrios affectus, qui potentissimi sunt, superarit, patremque qui salutem patrię filijs suis, hoc est vitę suę antepo suerit admirabuntur, ⁊ laudabunt, potiusquam te probabunt, si forte alicuius promissi fidem ab eo expeteres, qui fidem videbere non habuisse, non accepisse tanta accepta fiducia. quem enim locum fidei reliqueris? cuꝫ sacris affectibus omni fide maioribus hunc credideris? quid a quo tantum pignus acceperis ei credideris? nam vltra liberorum traditionem qui locus relinquetur non modo fidei, sed ne pignori quidem? obligatio ne iuris iurisiurandi? at ipsa vt contrahatur, quoniam qui

iurat liber sit, oportet, obtrectatores vociferabuntur. cum hoc ipso iniquius actum esse, quam agi solet cum seruis pecunia comparatis, quos iurare, nisi post manumissionem iura nolunt. quid si iniquis, si turpibus húc conditionibus obligaris? quid dicent homines? an nó magis hu nc iniusta prǫstare oportere, quam te honesta petere debuisse? an etiam illis non obedientem, sed illa imperantem reprehendent? an silebunt? id quod vetustatis monumenta loquuntur, in extremis casibus icta cũ dedecore fœdera, postquam partes iurassent conceptis verbis, ilico fuisse dissoluta. An non potius ipsi ex medio iure inculcabũt? id quod perpetuo nobis iura ęterna inculcant, ne liberos quidem seruare oportere pacta conuenta, quę iniqua, quę dolosa sint, quę pietaté, quę existimationem, quę verecundiam, quę denique bonos mores lędant, ne siquidem omnibus testibus, omnibus literis comprehensa fuerint. quę quo pluribus testibus concipietur, quo sempiternioribus tabulis comprehendentur, eo plus, eo diutius ista deprehendentur iniqua. grauiusque in te fuerit, si hoc pacto sciant homines agros te tenere. quam si nesciant quo pacto teneres. Ergo cum iam videas non minus metu, & vi facta istiusmodi pacta fore nulla, cuȝ huius fidem hoc firmiorem nemo non intelligat futuram, quominus filiorum vinculis ipsum alligaris, illic enim te amicum, & credé tem, sibique confidentem cognoscet, hic non credidisse, sed mutuasse, qui mutuat, non dat, vt amicus amico, sed ne simpliciter quidem mutuasse. sed cum multo, et vario fœnore, te nempe pro una vita incerta vitas duas certiores accepisse, aptiores ad tolerandam carceris moram, et ad custodiendum faciliores, non dubito, quin illud quoque non paruȝ videas animo, quod ego uerbis explicare cupio, sed paucis. cupis ne diu hunc tenere, cupis huius liberos obsides sempiternos habere, cupis cunctos, & francoruȝ R eges, et francos ipsos perpetuis, ac sempiternis vinculis constrictos tenere. nulla

ſunt ad hanc rem tam aut accommodata, aut firma vin
cula, quam benignitatis, quę quo extendas magis, eo
aſtringas arctius. Nulla tam propria hominis, quam be
neuolentię, huiuſce ſunt illę trecentę cathenę, quę co-
hibent Pirithoum. Nam cum vinculorum ſit aptiſſimũ
quod ex ſe, atque ex iis, quę aſtringit quá maxime vnũ
efficit. Id omnium maxime amicitia pręſtat. cuius vin-
culum ad omne animantium genus detinendum mul-
to firmius eſt, quam vlla uis, quam ulla neceſſitas, ſine
amicitia non Pluto, non pater Saturnus celebratis illis
ſuis uinculis poſſet, ne eos quidem qui ad inferos de-
ſcenderunt coercere, ſecumque detinere. non Hercules
quantalibet eloquentia permagnam illam hominum
multitudinem ſine huius catenis trahere potuiſſet. poſ-
ſit plurimum, vt poteſt certe communis caſus, euentuſ-
que belli fortuitus in capiendis hoſtium corporibus,
proprium quidem profecto prudentis ducis eſt, ſcire
hominum animos capere beneuolentia, potiuſquã vi,
quam neceſſitate. cuius vinculis, qui aſtringit, vix
aſtringit etiam cum omni nodo aſtringit. etiam cũ ma
xime aſtrinxiſſe opinatur, is aſtrictor aſtrictus eſt. At
qui humanitatis, qui benignitatis, qui beneuolentię
uinculis alligat, ſatis alligat, etiam cum nihil alligat,
etiam cum ſpectare, quam cogere fidem mauult, ma-
gis multo obligat, quam ſi omnibus carceribus cuſto-
dit. quibus non poſſis ne latumiis quidem Syracuſa-
nis hunc ita ſane diu tenere, vt ſi omnibus cuſtodijs
ſolueris. Hunc diutiſſime cuſtodies, eo quod parum
diu cuſtodieris. Et quod cito ſolutum a carcere, li-
berum a mulcta dimiſeris, ideo non vnius ſolum
Franciſci Regis, ſed francorum omnium animos in
perpetuum tibi, tuiſque obſtrinxeris. quibus ex rebus
quis non intelligit? hunc in priſtinam ſuam libertatem
liberaliter, atque humane receptum plura iudicio ſuo,
ac voluntate, quam coactum vlla ui conceſſurum? nem
pe qui quod inuitus, ac neceſſario concedet, ut neque

diu, neque ex animo concedere poterit, ita semper te ideo maxima et uoluntate, et gratia prosequetur, et prosequendu3 putabit, quod summi officij, ac potius beneficij sibi maximam fidem habueris, quod secum homine longe a tua fortuna disiunctissimo amicitia3 non modo iungere, sed etiam maximo beneficio cumulare uolueris, quod non solum tuam in se beneuolentiam spectatam uolueris eo tempore, cum magis fides, quam fortuna spectanda fuit. sed quod ipsi quoque maximam reliqueris occasionem suę vel beneuolentię, uel gratię erga te spectandę, et consequendę. maximę laudis. quam vtramque pluris hic ęstimabit, quam quantilibet quiuis uel auarissimus ui expressam redemptionem ęstimaret. quę quid impediet? quominus ita sint, ut dico, numquis metus? numquod odium? numquid pręterea? atqui ex eo, quod expedita liberaliter corporis relaxatione huiusce animu3 capere studueris, summę beneuolentię, atque amicitię concipientur omnes causę, odij nullę non extinguentur sublato metu: qui odium gignere, qui sacros effectus interimere potest, et solet, cuius ne tenuissima quidem suspitio usquam unquam inter uos residebit, et excludetur penitus. at aliquoties resedit, resederit, et fuerit aliquando potentia tua huic suspecta, cum tantam tuę uirtutis moderationem nondum nouerat. descenderit etiam tum ad pugnam alacri fortasse, et magno, aperto quidem, et simplici certe animo. nunc uero cum perdere poteras tuam potentiam non modo suę saluti non obfuisse, sed etiam eidem tuendę, conseruandęque pręfuisse expertus erit. tum profecto neque hic unquam dubitabit de tua magnitudine. neque cuiquam uidebitur uerisimile, ut aut tu eum quem hostem ex carcere in tantam tuam receperis gratiam, et cuius abiecti salutem, et dignitatem tutatus fueris, ipsum amicum incolumem oppugnare uelis, aut hic metuat, ne te nimium in referenda gratia augeat, neue contra se tuas confirmet opes, quas cum suis opibus colligatas esse

sciet firmis vinculis benignitatis,et gratię.quę sunt firmissima uincula concordię. quorum ipsorum nulla sunt in ipso precio,quod per uim,et contra uoluntateʒ dabit,quo quidem hic cum amicitię inter uos restituendę occasionem,ꝛ causam sibi sublataʒ uidebit.tuʒ odij quoque opinionem susceptaʒ suspicabitur.duʒ metuet, ne quod ui expresseris,conuertas contra se.qui si numquam tale quippiaʒ dubitaret,tamen haud scio,an non interdum tu ipse dubitares te ipsuʒ in odio potiusquaʒ in amore esse ei, quem aut diuturno carcere,aut graui mulcta uexasses,afflixisses.tum pręterea minus cōcedet inuitus,quam quantum libens, propterea quod hic generosi maximam animi magnitudinem maximam integritatem,maximam fidem , declarare , et summam uirtutis tuę,quam ostenderis in ipso liberando significationem dare poterit.plurimamque laudem ex eo consequi .cum maximam si minus parem gratiam referre tibi conabitur,credent homines istud idem,quod uel officij,uel beneficii huic pręstiteris,hunc ipsum tibi pręstiturum fuisse, si te in eiuscemodi necessitatem communis mars inclusisset. tum quia gratię liberalis retributio sit ratio,non solum certi cuiuspiam officij rectissima , sed etiam fons perennis officiorum omnium reliquorum . quę quia omnibus temporibus,omnibus gentibus laus pręcipua,et sacra habetur,et quia nemo nisi sapiens,nisi generosus , nisi magnanimus scit esse gratus,ideo is eius dignitatem,per quem suam honeste receperit , non modo tueri honestum,ꝛ cum primis amplum semper ducet,sed etiaʒ non tueri turpe.at contra illic quia ui,quia necessitate,quia animi grati laudem appetere non posset,quia potius indignum putaret se uirum pactioni salutem debere,num aut posset,aut deberet pro tua dignitate pugnare?an non potius,si pręsertim iniqua redemptione affligatur,graue ipsi foret,nisi non modo recusando,sed apertissime repugnando, pęnam,quam abs te sustinebit,depellere conaretur.quę ut auri,ut possessio-

num plurimum, ut uoluptatis fortasse non nihil, felicitatis certe nihil habebit. siquidem ea conditione tibi custodienda sit, ut neque impune retinere eam possis, atque summa cum eripientis laude possit eripi. quare qui in vestrum vtrumque odio, atque amore liberum habent iudicium, huius redemptionem longe verissimã, et optimam existimant beneuolentiam, amicitiam, fideq́. atque quibus liberum iudicium non sinit esse peculiare suum quoddam erga te studium, eorum non est fere quisquam, quin existimet hunc, aut amicum dimittendum, aut inimicum retinendum. retineri non potest sine scelere, sine turpitudine, sine exitio. constitui amicus non potest, is quem aliquando amicum, et parem habueris, si post ui, et necessitate inferiorem feceris. uis, et necessitas tandiu non aberit, dum carcer erit. ergo beneuolentia, amicitia charitas, quoniam ui nó acquiruntur, quoniam quidem mercenarię non sunt, sed gratuitę, dimittendus est gratuita liberatione. pręsertim cum ea tibi futura sit fructuosior, quã ista merces, quã quidam designant grauissimam, et ut iidem opinantur fructuosissimam. quid si ne fructuosa quidem? quid si perniciosa etiam? id quod etiam tu ipse ita fore iudicabis, si aut tecum solus, aut mecũ consideres, quę postea dicam. Primum non acerbe, et amanter dimissus inuidiam, atque odium, quibus duobus malis non est Imperium augere cupientibus quicquam perniciosius, non modo minuet, uerumetiam funditus tollet. deinde nó solum cęlestibus te longe charissimum efficiet, quorum ope, atque auxilio multomagis quã ratione, quá nullis opibus augentur Imperia, sed etiam omnium mortalium beneuolentiam, amicitiam. tibi conciliabit. qua non est quicquam, quod contra fortunam excogitari possit fortius, non exercitus, non regionum latitudo, non montes, non flumina, non pecunia, quamlibet dicat eam neruosam siquis vult. siquidem nondum quisquam poetarum induxit tyrannum

aliquem pereuntem auri inopia, sed amicorum. Et amicum bonum mauult ille sapientissimus habere, quaз aut Darij aurum adipisci, aut Dariū ipsuз capere. Quid omnes mortales sibi amicos constituere? nonne maius quam maximas pecunias habere? quę quoniam regibus comparandę, ut utantur, usus esse debet, ut et laudem, et gratiaз consequantur, qui pecunię maximus fructus est. et simul magnanimis quibusque si exoptandę, nempe idcirco exoptandę sunt, ut similiter gratiam, et beneuolentiam parent, ex quibus securitatis, et glorię fructus percipiant, ecqueз ad hanc rem aut commodioreз, quam regem Francię inuenias? aut uero aptiorem meumne, qui secundis rebus ueniet in societatem tuam? an qui numquam hostis fuerit? at quidem si his dederis maximam beneficij tui partem suę uel felicitati, uel innocentię attribuent, uel si minus ipsis dederis, non tam dolebunt in carendo, quam hic in priuatione suarum rerum. perspicuum est eniз in quem si priuetur maxime dolor peruenit, donatum gratius fore huic quideз ipsi, qui nihil felicitati suę attribuet, sed maxime tuę tum humanitati tum prudentię suam salutem acceptam referet. neque tantum modo ob tuum beneficium, quamquam ob id maxime, sed etiam ob tuum iudicium te amabit. qui quam redemptionem uel maximam ipsius arbitrio obtinere potuisses, tuo iudicio remiseris, qui eum iudicaris dignum, in quem conferres tantum, ac tam singulare beneficium. qui ex hoste diuturno repente ipsi exteris interior amicus, quam nulli vnquam intimi amici. qui eius existimationem non neglexeris hominis infelicis, qui potius dignitati ipsius consulueris. qui denique qui ipsum saluum, et honestum esse uolueris. dum non precio concordia conciliata fuisse uidebitur, dum non coegeris illum conditionem accipere turpem uiolenta, ac necessaria in matrem, et liberos charitate, qua hic magis captus est, quam tuo carcere, quam cupiditate uitę, cuius si solius rationem habuisset, non ipsi taз grata esset

ta esset sui liberatio, quippe quaз si turpis esset,aut diu-turno carcere,aut breui morte effugere posset. breuiter in quem conferre potes redemptionis precium? a quo uel gratię,nel glorię,uel securitatis,quantum a quo au ferendum est,assequi possis.num in tuos?quamqua m,si quidem id cuiusque est proprium, quoquisque fruitur, atque utitur,quis magis proprie tuus esse poterit?quam hic quo frui,atque uti poteris,ita ut ex nemine maiorez usum,et fructum percipere queas.at enim in tuos tam magnifice,tam pręclare,tam iuste conferre non potes, cum non modo nostra religione,sed ne sapientum qui dem iudicio,iustum sit inimicis obesse,vt amicis prosi-mus. quod si quę ab hoc auferres, sine iniuria amicis tuis dare posses,tamen in hoc animi tui magnitudo nó emineret, qui tam quam de alieno liberalis viderere, etiam si tuum iure belli factum esset.si n huic remiseris, tibi detraxisse videbere,etiam si nihil detraxeris. adde quod sanctius, ꝛ gloriosius habetur de inimicis bene mereri. Neqз enim perinde de amicis bene mereri pul-chrum est,ut turpe id non facere,quoties opus sit. At pulcherrimum habetur, ultionem hostis siquando per occasionem in te inciderit,negligere.num deniqз istud si fratri dares ab isto tam illustris,ac nobilis gratia spe ctari posset?cui quamquam tua opinor,omnia sint gra tissima,tamen ꝛ gratius regi erit non ablatum,quaз fra tri delatum,ꝛ cęteri mortales dicerent,cum fratri, hoc est alteri tibi dedisses,te non dedisse,sed tantum de alte ra manu in alteram transtulisse.fratri superiores diui-tias,superiorem potestatem dare potes,parem salutem, parem libertatem iam dare non potes.Prętera enim vt gratius,vt maius est captiuum carcere hostium liberari, quod primum obtinet locum inter beneficia, quam so lutum,ꝛ liberum secundis rebus augeri, ita honestius est,ꝛ multo pulchrius adiuuare eum,qui quęrit saluté suarum rerum,quaз qui suas res augere vult. Neqз eniз tantum seruandis,augendisque nostris glorię inesse po

test,quantum seruatis alienis.tum vero cum Imperato ris sit amicitias contrahere non priuatę commoditatis causa,sed quę spectent ad concordiam,⁊ vtilitatem rei publicę christianę,quo cum potius,quam cum rege gal lię constituere ⁊ potes,et debes amicitiaꝫ,quę omnibus christianis inter se,⁊ contra barbaros pacem,⁊ concor diam sit allatura.Vnde tot hominum beneuolentiam conciliares ob remissam huic vni redemptionem?quā si omnibus dares,tamen tum ipsa in omneis influere non posset.tum tu ipse suspitionem non effugeres atqꝫ inui diam,qui vni detraxisses,ut alijs dares.cuiusnaꝫ ex ami citia,tantam,tamque salutarem rebus tuis securitatem assequi possis eius cui dabis?quaꝫ eius,cui ademeris per niciosum odium?quos nam taꝫ inuenias promptos ad referendam gratiam?quam ad vlciscendas iniurias? cu ius amicitiam fideliorem,cuius sempiternioreꝫ consilia re potes ulla mercede,quam huius ipsius gratuita sua li beratione. quę habeat tum maximam affinitatem cum amicitia,atqꝫ charitate,quę non mercede, sed simplici gratia parantur,tū illa ipsa gratuita liberatio a probita te,⁊ humanitate nascatur,quę nō ꝑmiorū mercede sunt euocata,euocata autem?immo vero etiam innata sunt hominibus gratuita.Quibus amicitia constituta stabi lior,⁊ firmior erit,quam ulla vnquam pecunia consi liata.pręcio parata vincetur precio fides,at munere om ni astringit sua quemque salus,cuius conseruatoribus, tanquam parentibus conseruatos natura consiliat, et commendat naturali quadam societate,et quasi neces saria,quę tanto beneficio constituta etiaꝫ barbaros na tura pene,et insito penitus odio nobiscum diffidentes paterna commendatione,⁊ naturali societate coniun geret,nedum vos inter quos etiam discordantes con cordia est multiplex,⁊ fuit numquā discordia ulla,quę concors non fuerit cum multis nominibus sacrarum necessitudinum immutabilibus,tum studiorum,ac na turę plurimis,et maximis similitudinibus. quibus quis

nescit?non esse quicquaȝ efficacius ad amicitias vel cō iungendas,uel disiunctas recounciliandas, vt si tot necessitudines,tamquam obrutę aliquando iacuissent, tamen ex paruula scintillula cum amicitia etiam extincta iterum accendi soleat,cur non iterum vestra accendetur,cur non excitabitur iniecta pręsertim istius tanti officij flagrantissima face?qua aliquando multo flagrā tior,etiaȝ eminentior vestra amicitia erit excitata, quā si numquam ulla belli dissensione suppressa fuisset, tuȝ enim iuuenes nondum re,et tempore edocti quantum vtriusqȝ uel uis,uel uirtus,uel concordia ualeret, instī tutam amicitiam non tanta iucunditate,⁊ gratia colere poteratis,quantam nunc restitutam experti iam confirmata utriusqȝ ratione,uel ętatis,uel iudicij,pręsertiȝ cum non turpitudo,non scelus,non flagitiū aliquod, quod alter in alterum.aut fecisset,aut dixisset, sed vel possessionuȝ contentio,uel uirtus in utroqȝ summa studio partium,⁊ nequitia eorum,qui uestrę potentię inuidebant,uos deduxerit in ęmulandi suspitionem. At sublata ęmulatione uos uestra eadem summa uirtus ad pristinam amicitiam reducere debet,cum more,institutoque generosorum hominum, qui postea quam diu, multumqȝ inter se contenderunt,tum ita concordes efficiuntur,ut pristinę contentiones beneuolentiam peperisse videantur.tum profecto vel maxime hac paterna necessitudine pax inter uos pia,⁊ sempiterna permanebit,ut quę nō extrinsecus aliunde hausta fuerit, sed percepta ab interiore affectu paterno,⁊ mananti ex sacris fontibus naturę,quę perpetua est non mutabilibus in diem causis,ad quam tuendam non obsidibus erit opus,cum suę liberationis pręcipuum obsidem suum, ⁊ suorum tibi relicturus sit animuȝ beneuolum,et amicuȝ.Tot eniȝ habebis obsides regię redemptionis, quot homines habet gallia. non item pactorum uinculis,nō fœderum legibus inferioribus paterna reuerentia,⁊ charitate astingendi eritis. natura enim cuius cautio fixa

est,et in perpetuum rata,satis cauit,vt suę salutis autho res,quemadmodum sine ulla lege parentes amant liberi iussu naturę. Enim uero non solum huic causam dederis,cur te vt patrem sed etiam tibi ipsi,cur illum,vt filium amare debeas.quem enim tanta tam propria tua virtute genueris,eum tamquam opus propriuꝫ tuum,⁊ tuam pręcipuam ⁊ propriam gloriam amabis. Et ut pręclari artifices suis operibus lętātur,similiter tu tuo isto opere semper lętabere.et simul hic,ut alterum parenteꝫ te tum amore,tum iudicio charum habebit, quod se nō minus esse probatum,quam dilectum abs te senserit.etenim si tantum defert corporis parentibus,quantū quisquam omnium,quid tibi faciet maximo parenti suę salutis et libertatis. Nam regno carens,et nondum his regijs uirtutibus ornatus ab illis susceptus est,abs te conseruabitur maximi regni Rex maximo animo,et uirtute pręditus. Quid si ob gratuitam huius liberationem vnum ex tuis filijs fore scires regem gallię?nonne gratis liberares?at scito filium tuum,simul atqꝫ hunc liberaris,esse regem gallię,quem magis propriuꝫ,⁊ pręcipuū tuum existimare poteris,et quem maiore tum laude,tuꝫ gratia procrearis,quam si primus genuisses,hic matrem consortem,habuisses,illic habebis neminem.hic sera esset gratia,⁊ sępe tenuis,aut nulla.illic statiꝫ certa,⁊ summa,quę reddi possit parenti.et maior laus,siquidem maius est regem seruare,quam gignere.illud est enim maximi regis proprium.gignendi facultas etiam cum stultis seruis maxime communis est,et minime posita in cuiusquam iudicio,quę quod gignit,non modo cum certo iudicio,sed etiaꝫ sine ullo iudicio gignit.at regem conseruare tui proprii est et consilii,et iudicij. quem unuꝫ, quin serues vniuersos,cum sane seruare non possis,causę nihil video,cur non te communem omnium parentem recte, et merito dicere possumus.cum hunc seruabis,non hunc solum seruabis,sed te ipsum,sed tuos,sed omneis.quid Christianos solos?imo etiam aliquanto

magis barbaros,qui vestra societate domiti, et ad pietatem, atq; ad humanitatem mitigati te ipsum sue,salutis parenté appellare,et poterunt,et debebunt,ut qui vestra coniũctione deuicti futuri sint feliciores sua clade, quam pene uictores sua uictoria, quamquam. vtrique illa felicissimi erunt. et certatim te paterno affectu prosequentur. quę omnia si tecum consideres, qui te ingenii redemptione hunc alienare uolunt,quem necessitudine liberum proxima tibi adiungere potes, citius ipsi liberos suos alienabunt, atque quiuis auarus pater inopię metu filios distrahet suos, quos communeis cum matribus magis opinantur patres quam sciũt suos esse.et quos alere tanta laus non est,quantum facinus non alere,quam queant tibi tui nonnulli persuadere,ut tu nulla inopia pressus eum,quem seruaris, quem scies, non opinabere esse proprium tuu; opus alienes, ut consecratis ad honorem paternum uirtutis tuę monumentis manus afferas, ut in propria tua uiscera sęuias.imo uero omnia paterere potius,qua; monumenta tuę humanitatis perderes.etenim si egregij artifices sua opera donare instituerunt, quod ipsa nullo satis digno precio permutare se posse existimarẽt,si quę genuissent,tanti inanimata fecerunt,ut alienare nullo precio uellent,et si poetę poemata sua quantolibet proposito precio perdere nolunt,si perditis superesse nõ possunt, tu tuum animatum opus,quod non tantum ex cerebro tuo tanquam Iuppiter mineruam genueris, sed etiam ut phidias illam suam mineruam in arce ponere poteris, quo tandem precio alienare uelis?quando quisquam tibi queat persuadere?ut malis seruus esse alicuius pecunię,quam patronus,et parens totius orbis.ut uelis spoliare,que; genueris .eccui uerisimile uidetur?ut qui tot laboribus, tot periculis consulis nondum natis liberis tuis,hunc natum,hoc est abs te conseruatum,perdendu; putes propter aut incertas possessiones,aut mortale aurum,quo accepto si hunc liberaris,non ideo liberator

non ideo seruator eris. quare Cęsar aut necesse est dis sensiones uestras sempiternas esse, aut his positis uos ali quando reconciliari, si dissensiones semper ualebunt, quid uestrum utriq; pestilentius? quod monstrum reip. Christianę perniciosius? quis leo? quis sus? quis taurus? qui Diomedis equi? quę hydra? quę arcadię uolucres? quę deniq; herculis monstra si non domita essent, tan- topere nocerent? illa enim uitandis locis ubi habitarēt, uitari possent, et mortalia essent. at uestra dissensio totū complexa orbem omnibus locis, omnibus temporibus nocebit. sin autem aliquando estis reconciliandi, quan do oportunius, quā nunc? cū res, cū causa, cū ratio, cū utilitas, cum laus, cum oportunitas, cum occasio ad ue- stram firmandam concordiam oblata sit hoc tempore maxima. quod primum regi accidit, ut domum tuam pe tere habeat necesse, et benignitatem tuam experiri. non semper regem gallię liberare poteris. galli semper gratias referre poterunt. tum cęteris tuis dotibus sępe alias, et quandiu uoles, uti poteris, tum reliquo tempore multę tibi, et occasiones, et causę, & facultates ad conficiendas alias pecunias, et ad comparandos alios amicos offeren tur, et dabuntur. hunc vero nisi nunc concilies postea conciliandi ista necessitudine paterna occasio non erit. et si enim alias alia permulta in hunc conferre possis be neficia, tamen hominibus beneficiorum, quę ipsi accepe runt summo, et tristissimo suo tempore memoria iucun dior multo est, et gratior, et diuturnior. sint alia aliorū uel temporum, uel locorum, uel regum, istud quidē cer te nunc est proprium tuum, et regi captiuo vnum, et so- lum optatum, et charum. quod tempore datum, & cupien ti non modo uestram adultam discordiam, atq; stirpes omnium malorum elidet, uerumetiam firmissimā con cordiam, immortalem gratiam, immortalemque digni- tatem tibi ab omnibus gallis consequetur. qui istud tuum beneficiū, quod omniū gentiū perpetuis, et sem piternis sermonibus predicabitur, omnino nunquam

non modo obliuisci, sed ne negare quidem poterunt, si maxime uelint tam clarum apud deum, tam nemini in auditum. quod acceperint in ore, atque oculis omnium mortalium, apud quos omneis illustris, atq; clara adeo erit semper istius beneficij memoria, ut plane non in te, cui maxime debebunt, sed ne huius quidem posteris in tuos posteros ingratis esse liceat, nedū huic, nisi in odiū omnium gentium incurrere uelit. quod non tibi, sed huic noceret, quem quoniam maxime tum ad rem, tu; ad laudem, interest gratum, ac memorem beneficiorum existimari. quis non intelligit, nisi quantam poterit gratiam tibi referat, grauiores pęnas daturum esse, quam si nunc grauiter punires? num libertatis honorem inuenisset? an non potius seruitutē, inuidia;, odiū omniū seculorum sibi quęsijsset? tibi uero ingentem omnium beneuolentiam, et gloriam maiorem peperisset, quam si gratissimus esset. quem cum armis cępisses, tu; profecto uel maxime beneficijs uicisses. quę una existimatur uera et pręcipua uictoria sapientum iudicio. qui censent magnanimum armis uinci posse, beneficijs non posse. sed si nihil alienius non modo a rege, sed ab homine quouis ingenuo hic semper duxit, qua; non contendere cu; in omni beneficio, tum in omni uel beneficii, uel officij significatione, esse superiorem, si etiam mediocrem hominum beneuolentiam semper gratam habuit, si in infinitos mortales, a quibus nunquam ullum acceperat, neq; accepturum se sperabat beneficium, sua sponte plurima, et maxima beneficia contulit, quę et quam ex animo, quanto tandem studio hunc tibi retributurum arbitramur? cum isto tuo paterno beneficio prouocatus fuerit. si antea cum propter felicitatem minus beneficia sentire poterat, beneficijs inuictus permansit, tamen ne nūc uerisimile cuiquam uidebitur hunc tanto accepto beneficio responsurum non esse? quod omnibus sensibus se penitus accepisse, si maxime uelit, obliuisci nunquam possit. Et si semper beneficijs compensauit uel medio-

cria officia in parentem suam collata, obscurum est, quo animo erga te sit futurus, cui cum alter parens, tuæ suæ parēti uel maximus extiteris isto tuo beneficio, quo ipsius parens non modo minus, sed aliquanto etiā magis quam ipse filius renascetur. deniqꝫ si etiam barbarī reges pronunciarunt regem armis, quam munificentia vinci minus flagitiosum esse, num credibile est regem minime barbarum, etiam barbarorum hostem, et semper antea maxime generosum, humanum, liberaleꝫ, magna nimum laudis appentissimum, nunc sibi id asciscere? vt non modo laudem appetere, sed ne uituperationem quidem fugere videatur. denique ut inhumanus, ut ferus, ut crudelis repente existat. qui profecto existeret, si minus tantam humanitatem sentiret, quam immanes feræ sentiunt quam barbari agnoscunt, quam summam etiaꝫ humiles serui haud illiberaliter, et appetūt, et assequuntur. quos quid afferam permultos? qui aquibus uitæ libertatem serui accipissent, mortem liberi reddiderunt, quique uitæ suæ uitam eorum, perquos fuissent libertatem adepti antepostuerunt. quid ego commemorem Terentium inter cæteros captiuos secundo bello punico uinculis exolutum a Scipione Africano, insigne receptæ libertatis Pileo testantem, in triumpho Ducis conspectum. qui cum beneficio publicæ victoriæ liberatus esset, priuatim tamen se debere putauit libertatis beneficium. Quid Romam captam? quam quia adiuuissent massilienses ad explendum aurum gallis, idcirco illis immunitas decreta, et locus spectaculorum in senatu datus, ⁊ fœdus æquo iure percussum. quid alios? qui non pauci sunt, neqꝫ tamen ulli nisi grati, cum non aliunde magis gratos, ⁊ pios liberatos intelligere possumus, quam a liberatoribus, qui monumentis literarum testatum reliquerunt se nulloruꝫ maiorem sensisse charitatem, quam eorum. quo seruassent quos ex inimicis amicos fecissent. eorū ut nonnulli, iique felices nuncupati suarum felicitatum maximam existimarint, quod captiuos hostes

uos hostes

uos hostes non insequendos mulctis,prosequendos ue
ro etiã donis duxissent.quid hoc egregij Imperatores
soli?Imo etiam gregarij milites,qui suis conseruatori-
bus coronam ciuicam militaris virtutis, et imperato-
rię clementię insigne clarissimum dare,et onus perma
gnum suscipere alieno debere,quod parenti olim pu-
blico more,institutoq; assueti fuerint.cum deniq; non
magnis quidem,sed tamen in captiuos collatis benefi-
cijs maximam sciamus relatam gratiã,dubitamus quo
studio?qua beniuolentia sit in te futurus tali liberalita
te,etiam probitate,atq; animi magnitudine rex.etenim
si tibi difficilius non fuerit in hostẽ tanta vti benigni
tate,nunquis dubitabit? quin huic sit minus difficile
gratiam referre salutis authori?nunquis,cui iam dubiũ
non erit te tantum conferre beneficij inhostem potuis
se,dubitare poterit?quin erga te patrem gratus sit,quin
quandiu vixerit omni officio,ac pietate sit tecum certa
turus.atq; idipsum felicius,quam armis.quibus ut me-
liore in omneis beneficio,quam fortuna usus frangi,ca
piq; potuerit,beneficijs profecto nunquam uincetur.
Quid ita?quia illis etiam fortis, et generosus superari
sine culpa potest,his nõ potest nisi imbecillus,inhuma-
nus,ꝛ minime generosus,ꝛ maxime volens.an hic vo-
let?an poterit esse ingratus?non solum maximo pericu
lo,et malo exutus,verumetiam maximo bono orna-
tus,cum cęteris mortalibus,qui nihil tale passi fuerint,
qui sine periculo alienam fortunam procul aut aspexe
rint,,aut audierint futura sit iucunda,et grata ista tua
humanitas.quę cum viuis te,et tua omnia iucunda, et
grata reddet,cum posteris quoq;,qui istam grata memo
ria excipient. quod quiuis ita fore ex se se cognoscere
potest.quis est enim,qui Cyri,qui Alexandri,qui Pyr-
rhi,qui Scipionis in hostes humanitatem non cum cha
ritate,et beneuolentia meminerit?quis cõtra sine odio
recordatur eorum,qui inhumani extiterunt? quis no-
strum audit,aut legit hostes olim gratis liberatos?quin

libeŕatoribus pręcipuam laudem,gratiamq; habeat, a quibus mortuis nihil sperat. Quod enim tribuitur humanitatis pręsertim humano homini in eo non modo ex ipso gratia est,sed ex cęteris omnibus. quibus si homines sunt,resonat humanitas tanquam sua uera imago,et tanquam commune perfugium hominum iucunda est,et grata,quam alijs tributam,sibi tributa; putat. eumq;, qui eam tribuit communem amicum hominum existimat.quis populus?quis labor? quę industria?quę disciplina?quę virtus?istam tuam humanitatem,quam pręsentem omnes sentient,et fruentur non maiore charitate prosequetur?quo circa hic pręterqua; quod quã tum ipse valebit,quantumq; poterit gratię et per se, et per suos tibi semper retribuet,nonne optimam gratia; retribuet?cum liberari non potest,quin non solum ab ipso deo,qui moderatam uim prouehere solet permagnam gratiam tibi per hanc causam ineat,sed etiam ab hominum genere toto conciliet admirabilem quanda; nominis tui charitatem,laudem,honorem,existimationem moderationis,iustitię,probitatis singularem. quę omnium bonorum contingere,quę imperantibus pos sunt,maximum bonum est.hęc enim primu; munit uiã ad res gerẽdas,ascensumq; parat magna capessentibus. Deinde eos armat,atq; instruit beneuolentia.Quę oppugnat,et procul propellit inuidiam,atq; odium. Tu; vero illa maxima cum laude maximas gratias, stabiles amicitias,uehemẽtissima studia parit,et confirmat. quę firmissima,atq; ualidissima sunt,et sanctissima omniu; habentur,quę quispiam comparauit non fuco,non fallacijs,atq; simulatione.sed moderatione, humanitate, probitate.quarum fama quanto pręstantiores,quam redemptionis precium,tibi fructus allatura sit,ostenda;, si prius ostendero te tantam nullis ex rebus colligere posse humanitatis,moderationis, probitatis existimationem,quantam ex huius gratuita liberatione. cętera enim moderate facta quoniam magis cõmunia sunt, et

minus illuſtria facilius hominum aures prçteruolant, ⁊ minus ſenſus feriunt. At in tantum regem tanta, tam que illuſtris humanitas in auribus, in oculis, in memoria omnium defigetur, atq; hçrebit propter maxima; regis nobilitatem, maximamq; amplitudinem. Eademq; propter tanti regis tam inuſitatam ſortem, ⁊ propter tuam admirabilem moderationem exibit, atq; emanabit in omnes omnium nationum mortales. hanc chriſtiani, hanc barbari, hanc uiui, hanc poſteri omnes percipient. atq; ex eadem hac melius moderationem tuam cognoſcent, quam cçteris omnibus ex rebus, quas quã quam permultas moderate, et benigne geſſeris, tamen quç res tantam, ac tam illuſtrem, qua; iſtiuſmodi in hoſtes humanitas, famam apud exteros efficere poſſit? nu; quç fit in ſuos? at illa ut celebretur a ſuis, tamen aut intra regni fines continetur, aut prçclaram fidem apud exteros non habet. qui ſi quando audiunt laudati Reges ab ijs, qui in eorum regnis uiuunt, id fieri credunt, aut adulatione, aut metu, aut veteri quada; perſuaſione regij nominis, aut peculiari quodam, aut pertinaci nationum in ſuos ſtudio, aut uero etiam odio alienorum. quç autem tribuitur exteris, et maxime hoſtibus longe lateq; extra Regnoru; fines procedit, ⁊ ſola uera, et certa continentiç, iuſtitiç, çquitatis fama habetur. Quid quod tametſi ante multa humaniter, multa moderate, multa probe in exteros feceris, ſicut ſane feciſti, tamen qui aut ſuperiorem, aut parem hoſtem habet, illu; vt natura non ſit, metus quidem certe, et neceſſitas benignũ, moderatum eſſe cogunt. At enim tanta fortuna ſecundç pugnç, quç natura inſolens eſt, et ſuperba maxime quidem ſimulationem, diſſimulationemq; tollere ſolet, ſed etiam naturam hominum efferare poteſt. omnes principes antea cum te iuſtum, moderatum eſſe audiebant, tamen dubitare poterant natura ne eſſes, an ut ſeruires temporibus. iam uero cum tuam moderationem, quam opinabantur, iſto tanto documento exploratç

cognoscent.cum iam presentem perspicient, quam au- diuerant, tantum ab specie abesse simulationis, quantū abest a necessitate, num cui dubium erit? quin que sepe principibus moderatio affectata est, tibi sit a natura in- generata, ⁊ moribus, et disciplina cōfirmata, quā nec ita recentis pugne, nec diuturna simultas, nec summa vlci scēdi facultas tibi eripere potuerit. nunquis credet? atq3 adeo nunquis suspicabitur te libertati illorū quos nō habes in potestate insidiaturū esse? cū captiuo⁊ hostiū li bertati, ⁊ dignitati ꝯsulere potueris qdē, et maxime volue ris. nemo opinor. imo uero si quādo aut insidiatus, aut vero etia3 insidiaturus esses, vix unquā. quid dico uix? immo vero nunquam cuiquam ullo modo credibile ui debitur eum, qui captiuos hostes ornarit, spoliare libe- ros, qui hostes non sint, cupere. eum, qui in re maxima, et summa licentia se continuerit in minore, aut re, aut licentia se profundere. eum qui iuste, moderateque cu3 hostibus egerit, iniuste immoderateue agere velle cum amicis cum socijs. ac si quando aliqui principes occul- tis insidijs, aut uincantur, aut pereant, longissime cum hec, tum omnis alia abs te aberit suspitio, quoniam eius dem animi est auro non vinci, et dolo non uincere. ut ne addam, quod tantorum malorum, que attulit lon- gissimum bellum, quid enim malorum non attulit? haud quaquam quisquam te authorem fuisse existi- mabit. cui profecto uerisimile uidebitur te inuito om- nia hec mala accidisse, qui nihil feceris licenter, cu3 ma xime posses. quid si nemini unquam insidiatus, insidia- turusue es? sicut certe non es, non ne multo mi- nus in te illa conuenire uidebuntur? nonne, amici tui omnes esse cupient? nonne quod ex bene cognita ista humanitate cognouerint te maxime alienum ob occu- panda sua libertate, eo magis se tibi credent? et longin- qui, et uicini proximi in tuto se esse existimabunt. tibi omnes salutem, tibi libertatem, tibi fortunas, tibi libe- ros fidenter committere audebunt. Et simul te cu3 qua-

dam admiratione dignum summo Imperio arbitrabun tur,et recte nõ modo arbitrabuntur, sed opera, studio, cura te adiuuabunt. Et quoniam uenerationẽ,quę Impe rij maiestatẽ maxime tuetur,iustam habet,quidquid ex cellit,non aliunde augustius,iustiusq́ te venerabũtur, quã ex isto facto,quod in omni genere uirtutis longe re liquis pręclare factis excellere dicaȝ,nec ita multo post. neque soli sapientes, et boni,quorum beneuolentiaȝ so la virtus cõparare potest,a quibus laudari,et diligi vna est uia,et laudis,et dignitatis, te amabunt, verum etiam siqui scelerati tui fortasse amãtes non sint, tamẽ & recte de te sentient,et maluerint tui,quaȝ sui amicos similes habere.ex quo intelligi potest,etiam malos suo iudicio moderationem tuam laudaturos,probaturos,prouectu ros,et deniq́ secuturos.facile quidem certe est tanti re gis uel longo carcere,uel immensa,intollerabilique re demptione,metu orbem implere,facile in odium publi cum,quo nullum damnum grauius,aberrare.at non fa cile talem,et tantam existimationeȝ assequi,taȝ tui amã tes omnes efficere,ut non solum te,sed tuum Imperium tanta admiratione,ac tam illustri laude efferant,tanto studio prosequantur,tam longe,lateq́ diffusa beneuo lentia complectantur,ut res tuas prosequantur nõ tan tum modo optimis quibusq́ ominibus.quę ne ipsa qui dem contemnenda sunt,si quidem omen communis fa mę adeo pręrogatiuum est, ut semper ualuisse pruden tes collegerint, uerumetiam ut optatis, ut precibus,ut uotis,et priuatis, & publicis omnes deum immortalem pie precentur,uenerentur,atq́ implorent,ut salus, inco lumitasque perpetua tibi sit. ut deniq́ omnia quę aut gessisti, aut gesturus es,tibi, posteritatique tuę bene, ac prospere eueniant. quę quidem ipsa quamuis infinitas pecunias expendat,quamuis maximos exercitus ducat, quamuis quid uis operetur,nunquis assequetur? pręter quam tu,neque tamen tu, pręterquam nunc,cui iam fa cile est hęc omnia assequi. hic iam ut mittam cętera,

quoties,et quod pecunijs emisses,et quaз maximis cum curis,et laboribus compensasses eam quaз sine negotio sine huius redēptione redimere potes ex huius ipsius liberatione breui temporis momento sempiternam erga te totius orbis beneuolentiam, eamque charitatem,ut quę quisqз,atqз quanta optat filijs suis, atqз adeo plus fortunę quam quantum sibi quisque moderatissimus optat,tibi optaturus sit.ut denique pro vna vita huic libere communicata vitaз suam tibi communicaturi sint omnes,qui vbique nunc sunt,⁊ quicunque usquam vnquam futuri sunt homines. quorum omnium tuorum propter istam humanitatem amicorum animis spirabis, memoria uigebis, oculis uidebis, auribus sempiternis commodissime audies,si modo nunc uel admoduз Paulum te potius,quam tuos audieris.tuз pręterea eorundem omnium linguis omnem posteritatem alloquere, vt si tibi hic inuideret,si te odisset, immoderato precio redimi cum tuo odio,infamiaqз mallet,quam gratuito liberari tanta cum omnium erga te beneuolentia,⁊ laude.Cuз vero iampridem ad tuas conditiones se nisi moderatas accessurum negat, plane ostendit, non odio tecum pugnasse,sed ut aut de altero gloriam sibi adipisceretur,aut de se daret alteri. quamobrem quoniam persici,Macedonici,Romani Imperii authores,ut hos potissimum commemorem egregie intelligerent ad exteraruз nationum studia non aptius,non ad famaз gloriosius, non ad firmandas opes robustius,non ad felicitateз certius,non deniqз efficacius esse quicquam ad augenda, auctaue retinenda Imperia,quam humanitatis,moderationis,ęquitatis,fidei,maximaз opinioneз habere quoniamque iidem illi plane scirent eaз nullis ex rebus tantam tamqз celeriter comparari posse, quam quantam istiusmodi in captiuos hostes humanitate,eos humaniter liberarunt.Cyrus persici Imperij conditor,pręlio captum armeniorum regem, vna cum liberis,et coniugibus ter mille talentis, quę domi numerata habere se di

cebat pro redeptione, simul atq3 captus fuit,statim offe rentem nullo eum precio,et liberos,& uxores dimisit.et chaldeos,quos prelio ceperat, non reliquit hostes, sed amicos suscepit.Primum enim captos ut uidit, et uin ctos exsolui,et vulneratos adhibitis medicis curari iussit.penitusque inquit, uos domum dimitto, quo liberi cu3 perueneritis,optio sit vestra,contra ne me bellu3 gerere,an uos in meam amicitiam conferre malitis. iudeoru3 item quinquaginta fere milibus captiuorum,eorumq3 duci non solum calamitatem detraxit, sed etia3 dignitate3 auxit.eos enim reddidit patrie, et immune3, et liberam possidere terram permisit, eisq3 uicos a uicinitate occupatos recuperauit. Prętereo alios multos Siros,Arabes, Capadoces,cares,phęnices, Babylonios, Bactrianos,indos,cilices,sacchas ab eode3 ipso captos, quos seruauit,non ut precia ab ipsis acciperet,sed ut daret beneficia.illorum enim permultis pręter libertatem dedit et urbes,et regiones,et alios alijs muneribus exornauit.qui rei militaris cu3 peritissimus esset,sępe tamen dicere solebat humanitatis ratione,quam re militari se pręstare malle.propter quam animi indolem ut hunc recte patrem, sic Dariū ob sordes cauponem appellarūt. Patrem enim facit humanitas, cauponem auaritia.qua quidem humanitatis fama innumerabilium nationum animos ex alieno sensu ad nutum suum, paternamque benenolentiam conuertit.tantamq3 gratificandi sibi cupiditatem eis iniecit,ut nationes quę neque ipsum uidissent,neque uidere sperarent, neque cum illo,neq3 inter se lingua conuenirent,ex eius sententia gubernari optarent.neque id mirum cuiquam uideri debet, assequi illu3 potuisse perspecta quidem eius uel in hostem humanitate,quam si maxima hostibus pręstitit,quos et quantos ex eo fructus recipere potuerit,uel ex multo minore ipsius colligere possumus in cręsum clementia, quę non minus uictori quam victo utilis fuit.Cu3 quidem bellum cręso,illatum fuisse cognitum esset,ex uniuersa

grecia tanquam ad commune incendium restinguendum auxilia decernebantur, et iam confluebãt, passurusque graue bellũ grecie Cyrus fuisset, si quid in cresum crudelius consuluisset. quid macedoneci Imperii amplificatorem ex angulo Thracie usqȝ ad Oceanum precipue dominari fecit? nonne humanitas? cuius in Poruȝ reliquosque hostes mansuetudo mille genera ferarum gentium exalienissimis amicissima, ex infidelissimis firmissima sibi reddidit. sine qua neque taȝ multuȝ vicisset, neque tandiu retinuisset. Quid Romanus populus? nonne Imperium ex humili casa ad totius orbis fastigium perduxit ui subactis, atque adeo captis hostibus non inquiritum modo numerum, sed in patrum quoqȝ conscriptorum collegium recipiendis maxima humanitatis ratione. qua magis quam ferro orbem uicit, quam non modo uicini hostes ingenti beneuolentia admirati se professi sunt populi Romani captiuos esse, quam liberos malle, sed etiaȝ extere nationes alie petere a Ro. Po. quaȝ a se habere reges alie eideȝ populo Ro. quamdiu is ea moderatiõe fuit seruire, quã aliis imperare maluerunt. ut alique nationes apud quas neque domesticus quisquam dominus nascebatur, neque humanitatis cultus erat, ultro populum Romanum dominum habere uoluerint, et maluerint discedere de moribus suis, quam Romanorum mores non sequi. quorum aliqui Imperatores ea fuerunt humanitate, ut non nullas natiões barbaras iampridẽ Po. Ro. quidẽ hostes, sed nuper a se victas, et captas tanto sui desiderio inflãmarint, ut ille relictis propriis sedibus vna cum liberis ipsos si passi fuissent subsequi cuperent, alij indos, scytas audi tu tantuȝ cognitos ad suaȝ amicitiaȝ pellexerint. Quid ego hic iam Scipiones? quid Pompeios? quid Cesares? quid alios maiores Imperatores afferam? qui similiter maximos fructus ex simili in hostes humanitate perceperunt, cum etiam Maximianus non ita magnus ex eo, quod Narsei Persarum Regis uxorem, et filias prelio

captas

captas maxima pudicitia custodia seruasset, Persas in eam admirationem, et beneuolentiam adduxit, vt et sibi superiores Romanos armis confessi sint, et Mesopotamiam cum Transtigranis quinq; regionibus reddiderint. Quid alios? qui non classibus, non pedestribus copijs, sed humanitatis fama regnis hostes spoliarunt? nonne Macedones suum regem reliquerunt? vniuersiq; se ad Pyrrhum externum hominem contulerunt adducti moderationis fama, quam Pyrrus collegerat ex ea moderatione, qua cum in omnes, tum in captiuos quoq; singulari semper ille fuit. Quamobre; quia non magis hostes latere possumus, ut assequamur, quę cupimus, quam humanitate, quę quos seruos facere uolumus, facit ut ne libertatem quidem suam sentiant attentari, idcirco callidi Imperatores natura, & uoluntate crudeles coacti sunt simulare clementiam, cuius uel sola species popularis est, ut ne crudelitas quidem consistere queat nisi humanitatis radicibus nitatur, ut eadem illa sępe faciat maximorum populorum vt maximi tyranni etiā si uita spoliari possint, tamen eorū nomē Tyrannide spoliari non posse, quin renascatur in illorum posteris. Brutus Cęsarem tollere potuit, eius nomen tollere non potuit, quod conciliauit Imperiū Octauio. iam quid uerissima ista tua humanitas Imperio tuo incrementi sit allatura, cum ex his quidem intelligere potes, tum nunquam a quoquam potius quam abs te scire debes, cui quantos nemini unquam fructus attulerit moderationis opinio, quę primum fecit, ne nouitati Regnorum tuorum inuidia noceret. Deinde eadem ad Imperium te perduxit, eadem tibi molliuit, mitigauit, conciliauit Pontifices, Reges, Principes, qui quod in pueritia, atq; adolescentia ętatibus immoderatis moderationem tuam perspicerent ex ore, ex oculis, ex dictis tuis, ex omni deniq; actione eam elucere, ut te tuis finibus contentum fore facile sperarent, & sentirent, ideo communi consensu te adiuuandum, augendum, ornandum

putauerunt,ac prestiterunt.sed quis nescit?quantu3 ad sedandam inuidia3 recentis fortune tue interfuerit id ipsum,quod simulatq3 hunc captum intellexisti,nullū signum insolentie dederis. Omnes profecto nationes retardauit,ne presentissimum tibi instaret bellu3.Quare tua s res per se magnas si magnopere promouere potuit moderationis quedam opinio, magis tum significata,quam adhuc plane demonstrata,tum permultis ex teris hominibus incerta,siue propter etatem tuam,siue propter obtrectationem quorundam,tum pluribus audita,quam cognita,quid nunc factura non est ista omnibus perspecta,expressa,certa in hoste3 moderatio?certe efficiet,ut eam,quam maleuoli antea deprimere solebant,nunc in cœlum efferant.eam quam animi humilitatem uocabant excelsi animi summam moderationem uocent.Vt itali qui nunc ea conditione sunt, ut non tam bello,atq3 uiribus,quam humanitate, et moderatione,iustitia vincendi,captandiq3 sint,ut reliqui omnes neq3 posthac quicquam de tua magnitudine dubitent,atq3 facile patiantur,et probent te ex sua ope crescere,quo facilius de Barbaris opibus crescere possis. sin autem preter opinionem immoderate hunc affixeris,uide ne tot,et tanta,tanq3 preclara coarguas hominu3 iudicia,qui contra,atq3 antea de te sentient.ne moderationem tuam,aut simulatione3,aut animi abiectionem iam spe,atq3 presenti fortuna inflatā nonnulli iniqui,astutiam uero omnes dictitent. Falso, quis nescit? ueruntamen cur dictitent,specie3 habebunt.ne nō modo superioris moderationis opinionem, quam tot annis,tot laboribus collegisti,uno isto facinore uno die perdas,sed future quoq3 existimationem impedias,quo minus quisquam amplius credere tibi uelit,ne siquide3 ipse moderatior esse uelis,qua3 antea fueris. Et ne plus sapientes uiri de te fortasse dubitent,quam si nunqua3 moderatus fuisses.ne quo maiori moderatione antea habebare,eo apertiorem sapientum reprehensionē non

effugias.quibus extrema inhumanitas,extremaq; imo-deratio uidetur,humanum,moderatum uideri eum,qui non sit humanus,moderatus.Deniq; ne et multo grauius te oderint,quam si aperte antea immoderatus fuisses,et ne principes eo acerbius in te incitētur,quod suo fauore pręcipue collecto ex ista moderationis opinione te adiutum,auctum,ornatu; arbitrantur.quod quis non uidet,quantum tibi,tuisq; posteris nocebit? ergo pręstantius quia non quicquam in pręstantissima habere potes fortuna tua,quam te moderatum, iustum,integrum,omnium opinione haberi,quia nihil contra perniciosius rebus tuis accidere posset,quam si et humanitatis amittas existimationem, et moderationis et quia ia; multis ex rebus intelligis moderationis tuę opinionem maxime periclitatura; in maxima uel carceris diuturnitate,uel in magnitudine immoderatę redemptionis,profecto si hanc utranq; uel tui iudicii momento ponderes,magis regium duces perpetuę consuetudini tuę seruire,quam inusitatam magnitudine; redemptionis huic imperare,quam si tuo iure posses repetere, tamen semper fauor hominum qui pro laborantibus esse solet existimaret te ꝛ ui,et terrore carceris hunc iniquo iure fregisse,cuius famam tibi fugiendam existimabis, cum ea uel falsa plus tibi sit allatura damni,atq; infamię,quam si ueram iniuriam libero inferres. Nam qui in captiuos iniustus fuisse existimatur,is semper credetur cęteris iusta nolle seruare,eique in liberos uoluntatem non deesse,sed potestatem. qui armatus armatis iniuriam infert,non tam inferre,quam repellere creditur,ꝛ par a pari ultionem repetere.neq; enim solum cōsiderandum est,ne pecunię , neue possessiones pereant, sed ne existimatio,et dignitas lędat, quibus operę plus, studijq; quam pecunijs maiores dederunt.nam cu; maximam pecuniam partim curatam,et redactam haberēt, partim ad maiorem perueniendi eisdem prompta esset potestas,non solum quam ingentem,ac numeratā pos-

fidebant,pro gloria cōsumpserunt,sed conficiendi ma
ximam facultatem pręclare contempserunt, cum sępe
alias,tum profecto uel maxime bello Macedonico, ꝙ
contra Persen regem gesserunt,quo uicto,⁊ capto cum
de rhodijs consultum esset,qui populi quidem Roma-
ni opibus creuerant,sed et eiusdem populi amicitiam,
et fidem suaȝ violarant,atqȝ aduersati fuerant,contra,
atqȝ merebantur rhodijs,potius quam in rhodios con
sultum est.eos enim impunitos dimiserunt,nequis cupi
ditate diuitiarum potius,quam ulciscendę inuirię cau
sa bellum susceptuȝ diceret,et non nescij nihil esse Prin
cipibus utilius,quam bonam existimationem retinere.
Etenim cum omnibus mortalibus nō satis sit recte age
re,nisi id approbet fama, tum profecto multominus
Principibus,quibus ut summa recte factis pręmia, sic
plura peccatis pericula proposita sunt, illis non mo-
do iniuria,sed etiam iniurię suspitio fugienda est,qua-
rum altera nemini quideȝ prodest,et altera multū etiā
obest.Non enim solum iniustitia, sed etiam iniustitię
opinio seditiones,inimicitias,contentiones parit. At
contra beneuolentiam,concordiam,ęquitatis,modera
tionis opinio.Ad quam consequendam haud quaquā
sane satis est te non iniustū,non crudelem in hunc fuis
se,sed etiam eundem te iustitię,moderationis opinionē
habere oportet,eoqȝ magis,quod eaȝ nisi habueris,cru
delis in hunc fuisse habebere.Deniqȝ nō satis est te pos
se hunc mulctare sine turpitudine,uerumetiam cuȝ lau
de liberare oportet,atqȝ hoc etiam magis,quod nisi cū
laude liberasse uidebere,cum turpitudine videbere, et
nisi benigne et cum moderata gratificatione dimisisse
existimabere cum acerba iniuria dimisisse iudicabere.
non gratificatio, non benignitas eminere uidebitur,ni
si gratis liberes,quę si uulgo hominum opinioni uide
bitur,quę profecto haud scio an nemini videbitur, ta-
men pręstantibus,et magnanimis uiris non uidebitur.
quibus nullum beneficium videtur,nisi gratuitum, et

quibus non satis est iniurię finem facere, nisi etiam beneficij initium fecisse existimentur. neque tibi cum sis magnanimus satis uideri debet, inhumanitatis, iniurię, turpitudinis fuga, verumetiam moderationis, ęquitatis, humanitatis laudem te appetere oportet. quare ne quisquam dubitet hunc magis seruatum fuisse conciliandę redemptionis gratia, quam moderatione, quam ęquitate, ipsum gratis libera. quis enim hunc sciet te seruasse, nisi opinio redemptionis tollatur? quid uirtutis tuę eminebit ex ista graui redemptione? cum nihil sit tam sanctum, atque integrum, quod non uiolari, nihil tam clausum, quod non patefieri, nihil tam duruз, quod non perrumpi pecunia possit. Et cuз turpe sit in carcere regum nihil boni nouisse, nisi aut pecuniarum, aut possessionum fructus. cum facinus sit ea sola dare hominibus, quę danti expediant, cum actum sit de rebus humanis, si sola commoditatum seruetur fides, si sola utilitatis habeatur ratio, quamquam parum ne utilitatis consequere? cum tanti regis, et regni sempiternam amicitiam? cum omnium beneuolentiam, omni redemptionum precio pręstantiorem consequere. Hac fretus illo cuз opus erit, Sępius uti poteris. illud uero nullum tantuз esse potest, quod non si hac careas, breui profundas, quod tibi, et fortuna auferre, et iniuria poterit. ꝛ post te aliũ, atqз alium in dominum sortietur, ut mille dominos sit mutaturum, et nomina priusquam memoria gratuitę liberationis sit pęritura, priusque gallia, atqз Hispania occeano obruentur, quam hominuз obliuione obruatur gratuitę liberationis munus, quod nunquam tuum esse desinet, si semel tuum esse cęperit. nulla enim unquam uis efficiet, ne tu non dederis ne ille nõ acceperit, quod quidem ipsum tantũ ne tibi perpetuum permanebit? immo uero etiam tuis omnibus posteris, ad quos solos istius pręclari facinoris pertinebit, et perueniet hęreditas. diuitiarum sępe fit, ut domini sint etiam qui nostrę uirtutis hostes sunt. beneuolẽtię,

laudis,glorię hęreditatem relinquere non possumus ni si nostris,quam melius est relinquere, quaꝫ amplissimas possessiones.illa uel mediocres possessiones tueri pote- runt,odio ne maximas quidem. quid quod tuis quam plu rimas quidem,et quam maximas relinques maxima et partas,et munitas cum beneuolentia omnium, quaꝫ vnius dimissione assequere. tum profecto uel maximę huius amicitia,qua tibi adiuncta simul,et quas posses- siones iaꝫ tenes,interuallo locoruꝫ disiunctissimas con iungere arctius poteris, non dico modo quam lignis, quam ratibus,quibus aliquando stultus barbarus Asiaꝫ Europę adiungere conatus est, sed quam ullo alio uin- culo.Et uero etiam Asiam,Aphricam,Gręciam sub Im perium tuum, ditionemque Christianorum, quorum tibi commodum sit subiungere poteris,non modo Me diolanum.quod tanti non est de quo tot annos tantis sumptibus contendere,et propter quod tantaꝫ maximi Imperij occasionem negligere debeatis.totqꝫ molestias toti orbi exhibere,cum sit statui Christiano exitium,et pestis,sicut Helena Troianis.pro qua si Gręcis,et Tro ianis crimen fuit tot sumptus fecisse,tot clades accipis se.profecto neque crimen,neque uituperatio uobis de- erit,qui non de Helena,sed de Helenę inani,et infelici si mulachro cōtenditis,cuius imaginē uestras sępe manus effugientem dum comprehendere conamini,interim ue ram Helenā barbarus Paris sępius rapuit,dudum ex Pe loponeso, nuper ex ęgypto, modo ex Rhodo, paulo ante ex aliis plerisqꝫ locis.quis uos non iure reprehen- dat?qui de paruis inter uos turpiter tandiu periclitemi ni,cuꝫ breui tempore maxima adipisci possetis summa cum gloria.de quota orbis parte iam tot annos frustra pugnatis ac simile facitis,ut si quis Helena potiri cupiēs peplum aut aliud quippiam ex ipsius mundo caperet pro toto corpore,et cum hęc cepisset se cepisse, quę uel let,putaret.Quis nescit?quaꝫ sępe Gallis sępe Hyspanis maximam spem fortuna ostenderit, et sępe ipsi aliis

ostenderint prope certam consequendi, quę optatissima sibi putauerant. quis ignorat quoties utrique sibi opinati sint paululum deesse ad consequenda ea, quę sequebantur, quis iaȝ non intelligit idipsum paululũ nescio quid maxima et plurima attulisse mala. quibus quis nó veretur? ne non finis, atqȝ exitus inuentus sit, sed ne prius quidem inueniri possit, quam qui superiores erunt inferiorum animos beneuolentia comprehenderint, sicuti ipse iam huius animum comprehendere potes liberali eiusdem dimissione. quę mala omnia, et quę acciderunt. et quę accidere possunt, siue ea iaȝ instant, siue appropinquant, siue longinqua sunt, longissime prohibebit, atqȝ adeo in perpetuũ depellet. simul plura tibi regna conciliabit, quam quot ex huiusce carcere urbes capere possis. et simul germanum tuum a barbarorum faucibus eripiet, eripiet dico? amplissima etiam Regna eidem conciliabit, atqȝ stabiliet. quę cum ita sint, tamen ne pro Sphorcia longinquo, alieno maximos sumptus feceris, maxima pericula adieris. Ita ne vero nonnulli pro sociis excindi urbes suas, et se cuȝ coniugibus, et liberis cremari pertulerint? isti scilicet tibi persuadere poterunt, ut magni regis, propinqui et regni finibus, et sanguinis, et cognationis affinitatibus societatem, amicitiam sempiternam negligere debeas. quę non modó ostenditur, sed offertur, atque adeo tibi in sinum defertur sine periculo, et tua summa cum laude, cum utilitate, cũ salute totius orbis Christiani, et cũ pernitie totius Barbarię. quę cuncta si non quicquaȝ magis metuit, quã ne quando aliqua pręclara detur occasio, quę odia omnia quibus christiani tot secula flagrant, extinguat, et eosdem firmissima amicitia, et concordia coniungat. quę ne vnquam detur, neue capiatur se bona ratione emere putarent, si hanc tantidem emerent, quanti hic se redimere poterit. ut quos ipsi non manu, non ferro perdere possunt, mutuis cladibus pereatis. at contra nostrę reli-

gionis homines non nescii vestram amicitiam maxime et reipublicę christianę interesse.et contra barbaros esse,si maximo dolore tenentur,non benigna huius restitutione maximam stirpem,ac sementem malorum omnium extirpari,sed maiorem sementem fieri ab immensa,intollerabilique redemptione belli denunciatrice, non pacis nuncia,dubitandum putas?Quin hęc tibi,et rei Christianę minus utilis sit quam illa? quam quis non vtilissimam tibi fore iudicat:neque tibi utiliorez, quam Reipublicę Chrjstianę. sine qua nec beatus, nec charus quis quaz esse potest,nedum Imperator,cui quia non vtile priuatim quicquam esse potest, quod Reipublicę Christianę salutare non sit,hoc utilior tibi uideri debet huius amicitia,qua uel maxime prodesse potes Reipublicę Christianę,quam ut aliis rebus adiuueris, defenderis,hac certe afflictę,et profligatę salutem attuleris.nam ut omittaz quod urbium clades, quod gentiuz exitia prohibebit,quod magna Reipublicę Christianę presidia non consumet,quod contra barbaros hęc seruabit.diruta quidem certe,direptaque restituet,reliquaque mala sanabit.quę tanta sunt,ut equidem haud quaquam sciam,an vnquam barbari tanta fecerint, aut optarint,quanta per hosce annos facta sunt. quid eniz mali?quid sceleris? quid flagitii excogitati, aut fingi potest? quod non eruperit in nostra tempora, et eruperit non a barbaris, sed a Christianis. Tum uero hac religionis diffidia tollentur, eadem mores prostrati vna cum literarum disciplinis excitabuntur, ac etiam barbari ex immanitate ad cultum religionis, et morum mansuetudinem,disciplinarumqz humanitatez traducentur. ex quo intelligi necesse est hanc omnibus mortalibus profuturam.quod maius est, quam maximas opes habere,finemqz omnium malorum facturam esse.quorum quęcunqz post hac publice accident, culpam in te reiicient omnes,cum occasionez habeas,qualem opinor,nullus vnquam habebit,et nemo certe habuit

buit comparandi tibi tantam beneuolentiam, tam sta-
bilem amicitiam.quibus omnia mala finientur, omnia
bona exorientur.Enimuero non castrari, non uinciri
deos a dijs,non alia permulta mala ipsis accidisse poe-
tę finxissent,si iam tum illi inter se amore deuincti fuis
sent.qui simulatq; dijs imperare cępit,illico ut omnia
tam dijs quã hominibus bona adfuerunt,ita ex uestra
ipsorum amicitia securę opes,& facultates,atq; omnia,
quę omnes putant expetenda orientur.ex quibus felici
tas,et laudis gloria tibi pręcipua,et propria nascetur,
quam quia nullam,neq; meliorem,neq; populariorẽ,
siquidem nemo fere laudat,nisi quem amat, assequi po
tes.Quid plura me attinet commemorare commoda?
cum nihil parui commodi sit,in quo sit magnę glorię
Thesaurus,;sapiensq; cuiusmodi es virtuti honorem
haud pręelam petat,sed abijciat prorsus.quoniam pre-
miũ uirtutis purũ,et castũ esse debet.quoniãq; uirtus
nulla esse potest,nisi gratuita,aut si potest,non sit alia
merces,quam iusta gloria.quod est pręstantissimum ue
rę uirtutis pręmium.cui optimi quiq;,et clarissimi non
Imperij magnitudinem,non securas opes pręposuerũt,
sed neq; uehementiore quicquam, neque constantiore
sunt studio persecuti.qui cum isti tuę laudi, quam ha-
bes in manibus similẽ laudem assequi non possent nõ
modo maximi reges maioribus sumptibus in res uetu-
state interituras quam regia redemptione sustinere pos
ses sui commemorationem nominis contenderunt nõ
esse terminandam uitę spatio, sed priuati etiam homi-
nes perfoderunt montes,constrauerunt maria, nullos
non ultro susceperunt labores,omnes contempserunt
uoluptates,et glorię causa potius quam filiorum adie-
runt pericula.Quę leuia prę laude omnia duxerunt,cu
ius ne republica quidem postulante iacturam facere vo
luerunt.te sanum hominem quanto sanior,quanto ad
mirabilior sequetur istius in hunc humanitatis laus,
quę communi utilitati coniuncta erit. sine qua nemo

bonus Imperator laudari poteſt,cui montes nullo ne-
gocio concident,maria conſternentur,quam toto or-
be admirante,atq; approbante aſſequi potes meliore cō
ditione longe prętantiorem,quam prętantiſſimi infi-
niti Imperatores,qui mortem maxima animorum ęqui
tate oppetierunt,alij ut turpitudinem uitarent, alij ut
laudes aſſequerētur.cuius ne auditores quidem fuerūt.
tu quidem certe cum maximam turpitudinem uitabis,
tum ſummam laudem aſſequere.Et non ſolum poſt obi
tum uiuet tuę exemplum fidei immortale,ſed etiam vi-
uus iſta frui poteris gloria cum ſumma vtilitate.quę ſi
nulla eſſet,tamen ipſam ſperarem ſolam gloriam tibi
ſatiſfacere poſſe cum uirtute inferior non ſis optimis
quibuſq; antiquis.qui non tam uictorię ſpolijs uti uo
luerunt,quam digni uideri,qui ex maxima hoſtium ga
za nihil in domum ſuam intulerunt pręter gloriam no
minis ſempiternam.qui nihilo ditiores captis hoſtibus
ditiſſimis fuerunt.Quorum ſiue indolem,ſiue id quod
fieri debet,diligenter perſcrutari poetę,qui rerum cau-
ſas,rationeſq; adumbrant,recte dixerunt uictorię nul-
lam prolem eſſe pręter honorem,honoriſq; maieſtatę
filiam eſſe.recte Marcellus duo templa uirtutis, et ho-
noris,quę ſe dedicaturum uouerat,permultis ſpolijs vr
bium,quas cepiſſet,quod ornari noluit,hoc ipſo orna
uit.recte reliqui cōplures clariſſimi uiri,qui quod gra-
tuitam ſecuti eſſent uirtutem,hoc ipſo aſſecuti ſunt ma
ximam gratiam,& uirtutis approbationem.Nam ut cęte
rorum mortalium ad id ſpectent conſilia,quod ſibi cō
ducere putent,Imperatorum quidem certe diuerſam eſ-
ſe rationem,qui ſi prętantiſſimi ſint, potiſſimum ſua
facta dirigant,oportet ad dignitatem,eiuſq; maiorem
rationem ducant,quam uictoriarum,quam triumpho-
rum.neq; enim qui belli adminiſtrandi rationem noue
runt,et terra,mariq; uincere ſciuerunt,pręſtantiſſimu;
bellorum pręmium ſunt adepti, ſed qui ſuas uictorias
ad comparandam hominum bonam exiſtimationem,et

gratiam,quę maxime gratuita virtute paratur, accommodarunt.Qui non magis laborarunt,quos cepissent hostes,ut diu captiuos tenerent,quam ut suam existimationem liberam retinerent.Qui pluris fecerunt pęnaȝ, quam infligerent hostibus, quo iudicij momento homines ponderarent,quam quantum auripondus sibi hostes appenderent.qui potius,quam omnia bona hostiuȝ duxerunt,quod nacti essent occasionem,qua omnibus perspicuum facere possent se eos esse, qui neque lucro, neque odio ab ęquitatis, humanitatisque ratione discessissent. Ec quę, aut à quo, aut uero quando tibi ad hanc rem felicior occasio offerri posset? quam nunc ab regis restitutione, quę faciet, ut neque uiuentium, neque posterorum quisquam ignoraturus sit esse te uirum bonum,humanum,sapientem. quę maxima uirtutũ fama,cum maxima tibi conciliabit bona uiuenti,tum profecto ad posteritatem nihil maius,nihil certius, nihil pulchrius relinquere potes ista gloria, quam adepturus es ex gratuita huius dimissione tibi vni maxime propriam,omnium pręstantissimam,quippe complexuram omnes laudes, quas qui habet,uel maximo sapientum iudicio,non modo summa bona, sed etiaȝ sola bona habet.quibus singulis qui excelluerunt, memoriam sunt assecuti immortalitatis. Primum enim iustitię,qua Imperatoria uis nititur,tuȝ te boni, et ęqui ostendes esse cultorem.Sine quo nulla est uirtutis gloria, neque ipsum vincere, neque ipsum seruari, nisi cum bono,et ęquo ullam habet laudem.plane enim existimabere natura non ficte, iustitiam colere,odisseque re uera iniquitatem,cum huic,cui facile potes, iniuriaȝ non feceris. tum ostendes quantam pręstantiam possideat naturę bonitas,quantaq; uimvera nobilitas,tuȝ sapientię,⁊ prudentię iudicabere consultissimus,qui non uim fortunę imprudentia contempseris,quę multis aliis non minor fuit.at ita honeste discordias deposuisse uidebitur boni,et prudentis uiri. odiis, inimicitiis labora

re commune est humanę imbecillitatis, ea autem tollere,et rursus in gratiam redire proprium fortis, et prudentis uiri est.quid prudentius?quam pro mortali carcere sempiternam tibi,et tuis parari amicitiam,pro breui uita bene huic reddita uitam sempiternam, pro fortuito precio, certissimuʒ et perpetuū uirtutis pręmium. tum tibi animi declarabis ingenitaʒ esse magnitudineʒ, quę cum semper maxime regia sit,et rerum omniuʒ multo maxima.tum maior est,cum eos,quos iniquos,infestosque manu cepit,ęquos,placatosqʒ dimittit e manibus.cum suarum iniuriaruʒ paruifacit magnitudinem. tum robustior,et inuictior,cum frangitur, et uincitur humanitate,tum eo erectior, quo magis inclinatur ad clementiaʒ,atqʒ eo amplior,eo excelsior,quo se contrahit magis,et demittit ad calamitates hostium. quos iacentes cuʒ excitassent magni Imperatores appellati propter fortunam,maiores Imperio suo, et fortuna habiti sunt,et fortiores fortissimo Achille,qui parua pecunia uendidit Hectorem defunctum ob quęstus studium,quo quemadmoduʒ non est quicquam exilius,sic animi magnitudine nihil est maius.nulla igitur alia re animus tuus tantopere cognoscetur magnus, quam quod fortissimus ipse,non dubitaueris liberare fortissimuʒ. qui enim parcit hostibus,duplici ratione suam ostendit magnitudinem,et quod uicerit,est enim uictoris parcere,et quod illum cui parcit,aliquando repugnaturum minime timet,qui uero non parcit,seipsum animo prodit esse pusillo.cuius natura est,ut clementiam conuertat in metum,qui cum? humanos affectus consumere,et ferinos inducere solet.nam ex feris quoque quę timidores sunt, eo difficilius et mansuescunt, et parcunt.tum quę pręter speʒ,et supra uires assequitur,mordicus retinent, sicut qui uenationem capere non ualent, quod pręter spem ceperunt,non relinquunt.nec si quis rogaret,ut relinquerent,optatum consequeretur.Quid ita?quia pusillanimi sunt,qui quod nihil soliditatis habeant,om-

nia prehensant, neque quicquam remittunt, ne alienum quidem. amplus autem, et excelsus animus etiã simpliciter de suo iure decedit, neque humanus est, ut hostibus blandiatur, nec ut sibi pręparet aliquod communis martis, bellique incertorum casuum perfugium, aut conditiones pacis mitiores speret, sed suę indolis robore adductus, vt in pręlio uehemens est, et ferox, ita post Victoriam mitis, et clemens. at contra angustus, humilis, et barbarus animus ut est in timore benignus, sic ubi nihil timet, ibi se prębet sęuissimum. Cuius crudelitas etiam ultra victoriam, ultra metum durat. a qua quidē quamquã semper remotissimus fuisti, tamen et longe remotior eris a crudelitate, et crudelitatis suspitione, et propius ad ueterum humanitatem accedere existimabere ista in captum regem magnitudine. quę preter ingentem gloriam, et commoda alia permulta, hoc tibi etiam commodi afferet, quod nulla potestas, nulla uis, nulla ex tuis plurimis, et maximis alia potuisset uirtus. tuis nimirum fortitudinem, hostibus imbecillitatem, optimis quibusq; tui fiduciam. quoniã uera animi magnitudine sit nihil fidelius, nihil inuictius, nihil ęternius, quippe quę etiam uetustate renouetur, & confirmetur. cęterę animi dotes nisi hac sustineantur fragiles sunt, atq; incertę. quibus quamquã omnibus excellis, tamen ex infinitis tuis laudibus nulla aut pręstantior, aut magis propria regis restitutione reperietur. Quę cũ nemine communicabitur, sed ad te ipsum proprie refe-retur. Cętera armorum, ęquorum strages, pręlia, cędes ut fuerunt, sic erunt gallicarum diuitiarum magis communia signa quam propria uirtutis tuę ista redemptionis ingentia precia. quę etiam usu & fructu barbaris cõmunicabuntur. at istius laudis mancipio, et nexu proprię tuę socium habebis neminem, nihil tibi ex ista laude detrahent peregrini Duces, nihil socij, nihil proditores gallicarum partium, nihil hiems, nihil hostium mercennariorum pauloante pugnã discessio, nihil siue for

tuna,siue rerum humanarum conditio, quę imbecilla, et fragilis ut uel maxime ad frangendum valentissimū Regem tibi quidem fortissimo auxiliari potuerit, stabilire quidem certe,et restituere in pristinam dignitatem vnum et solum animi tui robur potest.Illud acerbo huius captiui fato accidisse creditur,hoc humano tuo cōsilio factum esse existimabitur. ex illo tu solus triumphare non posses.hoc pręcipue ⁊ proprie tuum uindicare poteris,quod appetere debes more Heroum,qui cum eos puderet,nisi se proprijs rebus gestis extollerent,nullam gloriam appetierunt,nisi quam propria uirtute essent,et magno constantem adepturi,magnanimis existimantes,et pręstantibus uiris ea maxime aggredienda esse,quę et sibi propria essent,et rara. quibus cum fortuna inferior non sis,animi etiam indole par, religione superior,non tibi amplectendę uirtutes, quarum mali etiam participes sint.neq; appetenda ea gloria, quaȝ et multi christiani,et barbari adipiscuntur. Sed illa, quę tantę sit magnitudinis,quaȝ tu solus ex hominibus nostrę ętatis assequi possis. cuiusmodi est istud facinus, quod et maximum est,et soluȝ,et quod in ętatis nostrę neminem extra te conueniat.Hunc enim licet omnes liberatum esse cupiunt,tu solus liberare ut potes,sic non potes quicquam edere pręstantius,neq; quo tam multū ab alijs differas,non uictoriarum multitudinem. Quę maiorem famam habent,quam uere uirtutis iustaȝ gloriam,quę quia laudem sibi comparare conentur ex humano sanguine,ut uulgi, ut turbę admirationem habeant,sapientum quidem certe laudem nullam habēt, sed potius reprehensionem. Quarum quemadmodum adeptio multis etiam scelestis,dementibns,latronibus, piratis,castratis,seruis,et mulieribus acciderunt,ita fortibus,bonis,prudentibus non modo non acciderunt, sed etiam nihil in bello tam leue,taȝ tenue est,quod nō sępe uictorias pepererit.quā vincendi fragilitatē scrutati prudentes uiri cū semper iudicarunt non tante forti

tudinis esse scire vincere,quantę imbecillitatis nescire moderate uti uictoria.tum uinci miserum est,nunquã vicisse decorũ inter christianos ciues sanctioris ciuitatis,quã populus Romanus,qui pręclara quamuis quispiã facinora,quãuis reipub. valde utilia ciuili bello gessisset, hunc eo nomine Imperatoré nó appellauit,neq; ei supplicationes,neque ouationes, neq; triumphos nó modo decreuit,sed ne victores quidé ut decernerentur, postularunt.Cęsar cum pręlia gallica iactaret, tacuit pharsalica.quem neq; large,effuseq; donatę opes, neq; operum magnificentia,neque innumerabiles victorię, neque infinita potestas, qua fortasse sylla non impar, et causa certe superior fuit,ad immortalem memoriam tantopere consecrauit,quam ex plurimis ab illo seruatis solus unus uel Marcellus,uel ligarius.qui si crudelis fuisset,infinitarum eius memoria; victoriatu; odiu; posteritatis obliuione finisset. Non item tam insignis C.Marij triumphus,non vincula Iugurthę, quam phaliscorum Pedagogi reductio,nó duo captiui reges,non uarię,et multiplices victorię,non deuictę Carthaginis spolia tantam laudeq; Aemilię,et Cornelię genti attulerunt, quantaq; Scipionis,et Pauli hostibus illa benigne, et liberaliter facta. non illa cunctatio,quę accelerauit Romanis salutem,hostibus pernitié.tantu; Fabio Maximo attulit laudis,quantum eius celeritas in eripiendo inimico ex hostium manibus. neque Scipio ex aliqua victoria tantam,ac tam veram laudem cepit, quantam dedit Tiberio Gracco inimico,cum ab eo in carcerem Duci prohibitus est.Nec uero Hercules, cęteriq; heroes assecuti sunt diuinitatem,quod permulta millia hostium, aut cepissent,aut occidissent,sed quod ferocitati victorię moderari potuissent,et quod amputata feritate humanitatem inseruissent,et varias gentes discordiis disiunctas coniunxissent.tu cum isto humanitatis officio feras Christianę nationis discordias mitigaueris, cum Hispanos,et Gallos firmo amicitię uinculo al

ligaueris, magnus eris. neque tantummodo magnus, quod qui optimis proximi sunt magni sunt. sed quod in tam prestanti re optimus fueris, ideo, eris vnus non modo ex magnis, sed etiam inter magnos prope singularis. non enim modo Carolo magno, gentili tuo maior eris, uerumetiam Alexandro, et Pompeio magnis appellari solitis. quibus re uera cum maiores, qui et iustiores, et moderatiores fuerunt, tum maximi, et maxime magnanimi mihi illi uidentur, qui cum uirtute sua, et sine damno alterius magni euaserunt, non qui alterius calamitate creuerunt, etiam si in expeditionem maximos exercitus duxerint, aut maximas copias ceciderint. hoc enim lanii, qui sepe vnus multas oues interficit, munus potius est, quam magni Regis. neque vero magni, neque augusti existimandi sapientibus uidentur, quatenus fines longe propagarunt, sed quatenus moderatione terminarunt. neq; uirium prestantia, sed moderationis et humanitatis ampli habendi. Quis enim vnquam fuit tam augustus, tam magnus Imperator? quin in conferenda manu, in armorum dimicatione milites sub se habuerit prestantiores robore, cuius, etiam mali participes esse possunt. At quidem continentie, atque humanitatis ratio propria est possessio bonorum. Nō ergo quod Regē capere, quod diu tenere, quod grauiter mulctare potueris magnum, sed permagnum, quod in eius salute, quam in exitio quantum posses ostendere malueris. nam ut plurimum posse ad salutem alterius laudi non paucis, sic parum potuisse ad pernitiem probro nullis vnquam fuit. et plerisq; qui quod plurimum possent id ad hominum exitium contulissent maximo uitio, et culpe fuit. homines enim ab ipso deo nulla re longius discedunt, quam pernitiem hominibus afferendo. nihil habet nec uictoria imbecillius, quam ut possit nec natura uictoris peius, quam ut uelit honestam salutem hominibus negare, nec crudelius, quam ut quos honeste seruare potest eis pernitiem moliri conetur. mitto quod

to quod ingentem redemptionem cum ferus barbarus auferre posset, captiuum etiam occidere nollet, gratis liberare nisi humanus, et magnanimus non potest. depellere ex ampla possessione si quid habet laudis, ea cõmunis est, cum etiam bestiolis exiguis, quę etiam ualentes gentes de patrijs sedibus pellere potuerunt. Quibus ad ulciscendum cuꝫ non desint uires, tum tibi nunquã deerit facultas ulciscendi, sed enim consequendi istam gloriam sola hęc est occasio. quare si qui ex eo, quod regem ceperis, quod captiuum grauiter multaris, aliquid maius, quaꝫ superiores tui gesserunt, te gessisse arbitrentur, obliti mihi videbuntur, aliquid etiam minus, quaꝫ non modo te longe inferiores permulti. qui quos cepissent gratis liberare potuerunt, sed quam etiaꝫ infimi homines, atqꝫ adeo pusilla animalia, quę potentes principes non modo multuꝫ vlcisci, sed funditus perdere potuerunt, seruare nemo potest, nisi maior eo, quem seruauit. Rege seruato semper maior eris, etiam si is maximus futurus esset, eoqꝫ excitato excelsior, quaꝫ abiecto, queꝫ quod abijcere nolueris, ne solus inter christianos emineas, uel eo maxime solus eminebis. et unus eris nostrę ętatis, quem solum admiretur omnis posteritas. ergo non potentia, non virium pręstantia non uictoriarum, non regnorum, non Imperiorum adeptione tam proprie, tam pręcipue excellere cęteris potes, quam liberali huius remissione. Regna, atqꝫ Imperia permultos fuisse consecutos, quos priuatos nemo ne gratuitos quidem seruos habere uoluisset, quis ignorat? Quis vnquam sperasset Indię regnaturum Mulionem? Lidię, ac Romę imperaturum pastorem? Asię dominaturam mulierem? considera Alexandri uires, Romanoruꝫ potentiam, quos quia infinitam potestatem habuerint, quis idcirco laudaret? quis ideo non potius uituperationis, plusquam laudis illis tribueret? quis contra non eos, qui fortuna benignius, quam ipsum Imperium tulerit usi sunt, immortali laude ornaret? Naꝫ ut pecunias par

tim a R ege,partim ab alijs plures habueris,quaꝫ unus, alterue rex;tribus quidem certe,aut quatuor R egibus suas opes commiscentibus non esses ditior,aut si quat tuor,non octo,non uiginti,aut si uiginti non toto or be.At gratuita huius liberatione omnibus pręstare po tes.ac si plures pecunias omnibus omnium pecunijs ha bere posses,rem adeptus esses,quam pręstantissimi qui que,atqꝫ clarissimi semper contempserunt, quod earuꝫ non sit in nostra potestate,neqꝫ inuentio, neqꝫ posses sio,quas quętere,⁊ retinere facilius possunt mali,quam boni angusti animi,quam ampli.quibus permultos cla rissimos plurimi sordidi,⁊ obscuri superarunt. Neque quia non haberet et uestes,et diuitias ab omnibus de scribitur,et pingitur Hercules solam habens Leoninaꝫ, et clauam,sed quod ille neqꝫ aurum,neqꝫ opes multifa ceret,ac potius nullius existimaret dignitatis nisi ad donandum. ideoqꝫ multis non solum argentum,et ar menta equorum,et boum,sed et Vrbes,et R egna dedit. pauloante dixi regis redemptionem nullis mortalibus te dare posse, a quibus tot, tantosque uel gratię, uel glorię,quantos ab ipso R ege fructus perciperes.Iaꝫ am plius dicam,nullas esse res alias,in quas possis eandem redemptionem consumere, quarum commendatione apud omnes in tanta sis ⁊ laude,et gratia.non in Pyra mides,quarum miraculis mirabilior,et laudabilior erit tua in regem humanitas,quas si nulla vi,nulla uetusta te perituras excitare posses,tamen te earum authorem negligeret posteritas, ut superiorum nomen neglexit, quod insanis sumptibus gloriam sibi quęsijssent nullis profuturam,ut tamen artificis maior fuerit laus. Non urbibus condendis,aut alijs ędificandis tantam sis lau dem,non tam illustrem gloriaꝫ excitaturus,ui pecunia rum,et artificum ingenio ea fiunt.urbes etiaꝫ maximas mulieres,⁊ serui condiderunt,et exiles bestiolę amplissi mas euerterunt.non Tropheis,quę uetustate consumũ tur.Quę quamuis non cōnumerentur,tamẽ tibi qui ea

uiderent,cum militibus cum fortuna cõmunia esse existimare possent.quę deniq; opera manu facta? quę marmoratę laudes non frigebunt ad eam posteritatem? ad quam durare poterit ista tua in hunc humanitatis mollitudo,qua quemadmodum non quicquam magis tibi proprium,sic sempiternius nihil est,quam nulla uis uiolabit nulla uetustas debilitabit,quę quo magis inueterascet,eo magis confirmabitur.cęterę ex tot tumultibus opes,quę magna obseruatione sępe seruantur in exitium possidentium,intereunt,in istam nihil successoribus licebit.ingens redemptionis preciu; probabit nemo,ne hi quidem,si qui iam affectu probant.Immo uero post ubi affectus refrixerit,iudicio detestabuntur, et simul posteritas carpet,explodet.ac si eo permultas posses adipisci victorias,istam tamen humanitatem, quam ipsas uictorias apprehendet posteritatis memoria. Nemo de uictoriis multis loquitur.infinitas urbes condidit antiquitas,infinitos Barbaros uicit. infinita Trophea excitauit.infinitos triumphos duxit, sed illorum nihil pene meminimus.At uero clementer, mansuete, moderate facta in hostẽ prę sertim,ut recte meminimus, sic istam mansuetudinem omnes in omni seculo probe meminerint nec tantum modo meminerint sed et laudabunt,et probabunt,et omnia summa tibi precabuntur.Quibus omnibus in istam tuam laudem consentiẽtibus,quę pompa melior? quod Tropheum iustius, ac uerius?quo in animis hominum triumphabis.qui triũphi ueterum conferendi?qui cum inuidiam in uiuos cõcitarunt,tum in defunctos odii monimentum posteris reliquerunt.At uero una in regem humanitas non inuidiose,sed etiam populariter per omnes mortales sic peragrabit,ut etiam si qui reliquis tuis laudibus inuideant,istam libenter non modo inuidi,sed etiam inimici uidebunt,laudabunt,probabunt non tantu; seruientes,qui sępe inuiti laudant,uerumetia; liberi,atq; adeo hostes,quoniam hęc una res sit,cuius exemplum perti-

nicat ad omnes.nemo enim tam aut natione barbarus, aut natura crudelis, quin quamuis ei opus non sit, ista probet, nemo tam in ultimis terris positus, qui cum audierit istud tuum prȩclarũ facinus non omni laude te prosequatur. quin te uisere, et uenerari uel idcirco cupiat, quia nihil sit spectabilius generoso Imperatore, quia magnanimo, humano Rege nihil sit augustius. quis tum fortunatum te non iure dixerit cuius cũ res gestas, tũ certe rerum gestarum laudes comitetur felicitas. tuis enim laudibus uoluntates hominum, et uoluntatibus tuȩ laudes pares reperientur in tanta tui seculi felicitate, in quo cum sit uaria, et multiplex copia omnium artium ista tua laus texetur, pingetur, incidetur, cȩterisq; omnibus maximis artibus summe illustrabitur, atque idipsum à summis ingenijs. Et cum in ebore, in marmore, in ȩre, in gemma uiuet, tum in linguis, in animis omnium gentium habitabit, tum profecto maxime in omnibus liberati regis sensibus uigebit, qui cum alia permulta istius tuȩ laudis monumenta, tum profecto infinita in cordibus hominum tibi templa concordiȩ, amoris, honoris excitabit, tum innumerabiles statuas non lapideas, aut ȩreas, sed adamante, omniq; materia prȩciosiores statuet. Tot enim omnibus in terris, quod sunt, aut erunt homines, habebis statuas excelsiores colossis, Pyramidibus, atq; adeo athone monte, etiam si illum ad imaginem Alexandri conformasset Dynocrates, quo non eges, neque Phidia, neque Polycleto, neque Myrone. vna enim humana Regis restitutio omnes omnium artificum imagines superabit. Eademq; quasi nunc speculum totius orbis, et postea tuȩ glorię insigne clarissimum totius posteritatis oculis animi tui effigiem subiiciet eminentiorem Herculis columnis. hȩ enim vno in loco statutȩ sunt, et solis sibi appropinquantibus conspicuȩ. illa in longinquis quidem, et maxime diuersis locis, sed etiam vbiq; gentium vno eodemq; tempore ab omnibus conspicie

tur, non minus tuas laudes illustrans quam erudiens hominum mentes; qua in captiuos hostes humanitate sit utendum. Alexander Herculis, et liberi patris si terminos attingeret, famę immortalitatem se assecuturum sperabat. tua vero in hunc mansuetudo Herculis, et Romani Imperii terminos longe prętervecta ad antipodas uagabitur, cum Herculis columnis liberiore, et latiore gloria, tum profecto laudabiliore, et maiore utilitate, quam huiusce duodecim labores. hi separatis regionibus profuerunt. illa toti orbi proderit. ac non solum Herculis labores, sed et aquilarum cursus longe prętervolabit, insigniusque te, et tuum Imperiuȝ significabit, quam aquilarum insignia. etenim mansuetudo, humanitas, clementia singularia et pręstantissima sunt insignia Imperatorum, et pręcipua, et propria regum ornamenta, non purpura, non Imperij infulę, non Cęsaris nomen, non triplex corona, non multiplex sceptrū, nō duplices aquilę. quę etiam Neroni, et Domitiano fuerunt, et quidem magis proprię, quo propius illoruȝ imperia, et mores accedebant ad naturam aquilarum, nam ut aquilę alites in terra, et aquila sydus in cęlo grassatur, et cędes, et rapinas facit, nec pacem a bello, nec ciueȝ ab hoste discernit, sic ipsorum Imperia, et mores cędis, & rapinę pleni erant, a quibus cum natura tua sit longe remotissima, quid tuum significare aliud possunt? quaȝ potentiam, et quidem minorem, quam illorum, quę si maiorem aliquando significare possent, tamen et magis eximium, et pulchrius Imperii insigne erit mansuetudo, atqȝ humanitas, quam potentia, quę nec laudem habet, nec diuinitatem. maris, et cęli tempestates magnam habent potentiam, sed diuinitatem non habent. at quideȝ istius humanitatis ratio uel ipso sole diuinior erit. quę nimirum propius accedet ad diuinuȝ numen, quaȝ solis, quam reliquoruȝ syderum cursus, neque modo illustrior fulgebit, quam permulta clarissima sydera. troglodytę enim, et uicini Egiptii nunquam elicen, et cla-

tissimos septemtriones uident,nec canopū Itali, Galli germani,sed etiam,quam solis lux clarior erit.hęc tenebris offunditur,nec vno cuncta tempore collustrat,neque in loca omnia penetrat.illa dum erunt homines, usque eo perueniet,quo hominum quisquam peruenire poterit,et lucebit in tenebris, splendebitque semper per se omnibus gentibus uno ,eodemq; tempore,cuius lucem ne lucifugi quidem fugere poterunt,quam tibi propriam, et perpetuam non inuiti uidebunt, etiam si qui antea communem lucem tibi inuiderunt, et qui toties solem occidentem uiderunt,istam nunquam occidere uidebunt,uerum eo magis etiam perspicient elucere,atque eminere,quo magis sol,et mundus ad occasum pręcipitabit.et clarius ad istius fulgorem aspectus tuarum aquilarum generosus deprehendetur,quam reliquaru; ad solem examinantur. quę; aduersu; si ferre poterunt, vna et illis generosissimis Iouis armigeris generosiores erunt,et ueri Iouis pennatę satellites apparebunt,uerique Iouis arbitrę.quę sane cęlo militauerint, et fulmina in Christianum Regem missa non seruarint ad fulminandum orbem,sed Optimo Maximo Christianorū Ioui,potius, quam antiquo suo Ioui retulerint. quo quamuis summo quondā superior habebere non ex eo tantum,quod maior Ioue habetur placabilis hominis animus,uerum ex eo ipso etiam,quod uiolentiam fatorum,quę summum Iouem superare dicuntur flexisse uidebere,hoc est Regis reconciliatione dextera tua orbi labenti porrecta prosperior uidebitur quam dexter fulgor Iouis, atq; mortalium generi salutarior,quam illa uaria,et multiplex radiatio horribilis astrologoru; pręnotionibus pręsignificata in mensem eiusmodi, quo hic captus est non tanta mercennariorum militum consensione Ticinum obsidens,quanta obsessus ipse astrorum conspiratione omnibus mortalibus portendenti illam toti orbi peruulgata; cōmutatione;,neque cōmutationem solum,sed summam calamitatem, atque exi-

tium.quę uel ſtellarum uis,uel hominum diuinatio,ſi-
ue huius carcerem pręſignificauerit, ea mala importa-
turum,ut profecto pręſignificaſſe,atque adeo pręoſten
diſſe uidetur.nam cum nemini niſi huic uideamus, ne-
que eluuionem, neque illa prędicta mala accidiſſe,du-
bitamus ea omnia non incluſa eſſe in Regio carcere?
ſiue aliunde illa mala portenderit,omnibus mederi po
teris huius liberatione,quę efficiet, ut ſi barbarorum al
luuio in Chriſtianos impendere pręmonſtratur,in bar
baros ipſos reijciatur,ſiue belli inter Chriſtianos, aut
Religionis contentio,aut penuria frugum omniuȝ pręnuntiatur,tu ſydere uelocior,et fauſtior ſuccurrere po
tes eadem Regia liberatione.qua exportare omnia vn
dique,quo quiſque uolet poterit nullo bello impedien
te,neque fruges,neque homines a colendis frugibus.ex
quo aſſequere,et uictorias, et triumphos humanos, et
diuinos,qui Martem non ſolum terreſtrem uiceris,ſed
etiam cęleſtis horribiles terris minas oppreſſeris.Et tot
ſiderum malignos curſus,et fera ſigna mitigaueris,cor
ruentemqȝ fulſeris orbem, et cęlum ſuſtinueris longo
interuallo alter athlas.ac ſi mortalium diligentia mu-
tari non poſſet aſtrorum affectio,tamen tuus ille huma
nitatis affectus certius mortalibus auxilium afferet.
quamobrem? quia ipſorum certi ſunt curſus, ideo in-
certi ſępe,et quia quaȝ minime errant,idcirco nonnun
quam aberrant a ſalute mortalium.quid ita?quia affe-
ctionem ſuam mutare non poſſunt.at vero tu tuaȝ mu
tare potes,cui affectus dedit deus humanos, hoc eſt fle-
xibiles,qui quo quiſqȝ fortior eſt, eo faciliores in ipſo
ſunt,ideo accidit iam ut tute incertę,et mutabili homi-
num ſorti melius accommodare poſſis. quod cum fa-
cies,affectus iſte tuus diuinior erit,quam ſyderum affe
ctiones potentiſſimę.virtus enim diuinior eſt, quaȝ po
tentia, quam ipſa immortalitas .terra quidem ſuapte
natura immortalis,nec tamen diuina eſt.neque unquaȝ
magis ſunt immortalitatem conſecuti plurimi,atqȝ ea

ri uiri,quam cuȝ mortalitatem reputantes sibi esse etiaȝ cum hostibus communem humani in hostes extiterunt. neque magis dei apparuerunt,quam cum homines,et esse,et uideri uoluerunt,hoc est cum hominibus etiaȝ hostibus humanitateȝ communicauerunt.neque quisquaȝ in nominibus dei uocat Africanum,Germanicū,Gallicum,sed humanum,clementem,seruatorem liberatoreȝ. quę diuina nomina non dant spolia hostium, sed humanitas,quam quemadmoduȝ alij notas habent cognationis,sic istam tuę cognationis signuȝ habebis,et quaȝ propiorem,et certiorem tibi esse cuȝ deo nullam habere potes,quam libertatem,et salutem dando,neque uiaȝ, atque rationem inire ullam potes expiditioreȝ,qua longius effugere possis crimen,quod ne Iupiter quideȝ effugere potuit,qui agitatur pulchra,et humana habere nomina,sed opera barbara,et Scythica.tu ut catholicus appellaris,sic reipsa uniuersi eris conseruator,et liberator orbis,cum ad domandos Barbaros hunc tibi adiunxeris humanitate, propter quam si unius Vrbis rex, et pauper ipse pauperibus Imperans Appollini dubium affert, qui appellandus sit Deus,an homo. si Ciuicę honos sacer, summusque habetur, vno aliquo uel humillimo ciue seruato,quid existimari debebit per te liberatus cum tot ciuium R ex tum totus orbis? nonne magis?quam omnium R egnoruȝ tuorum coronę?has nascendi sorte accepisti,illam tua unius uirtute contexueris.qua cum ipse coronabere,tum omneȝ progenieȝ tuam,tum tua preclare gesta omnia coronabit,ꝛ pręclariora,et maiora ut uideantur,efficiet. Atque adeo imperium ipsum,a quo coronam expectas,coronabit diademate pręstantiori,quam sint triplices coronę Imperii. Hispaniamqȝ in ueterem illam ꝛ dignitatem,et gratiam uendicabit.quę oliȝ celebrata fuit fęcunda principibus piis. Quorum omnium memoriam ueterem renouabis, et Traiani,ꝛ Heli ę gentis reuocabis laurus, cunctosqȝ restitues tuis triumphos maioribus,quorum siqua llaus

tempotum

temporum culpa iacebat obscura,excitabitur,atq; illu strabitur, posterorumque tuorum virtutes illustriores reddet.qui utriq; si quid deliquerint, uidebuntur me ruisse,ne suę stirpis nos peniteat,cum illoru; mala tuis bonis compensata suisse uidebuntur.neq; modo veteris Hyspanię laudes referet,sed etiam recentis laudem conseruabit,et inuidiam, si qua est Hispanici nominis, delebit.Omitto istius humanitatis reliquas enumerare laudes,quę sunt innumerabiles,prę sertim cu; ex his, quas iam commemoraui,cuiuis facilius reliquaru; summam appendere liceat.quam ipsarum partes a me numerari,aut possint,aut necesse sit,tum tu ipse satis uidere modo etiam,atq; etiam considerare per te possis, non solum quam laudari possit benigna huius ipsius liberatio,sed etiam quam uituperari debeat eius contratia.cuius leuem reprehensionem attingam,sed breuiter,atque idipsum,non tam te ut admoneam,ne quid tale cõmittas,quam huiusce collatione,ut magis appareat, quantum ex hac benignitate sis adepturus laudis,quam adipisci nescierunt temporum inscitia imperiti aliqui, sed tamẽ minime multi superiores reges.qui captiuos homines immani auri pondere subiecerunt, quasi nisi agrestis nummus affulsisset,nullam humanitatis lucem hominibus ipsis deberent.quasi in homines ipsos acerbius sęuiendum esset multis nominibus humanis nobiscum socios,quam in eas animantes,quibuscum aliquo societatis uinculo deuincti sumus,in quas quamuis rationis expertes humanitatis rationem ducimus. Athenienses cum Hecatombon ędificarent, quot quot ex mulis egregie laborassent,omnibus uinculis solutos pasci fiuerunt.Cato inhumanum censet bouem laboris sociũ propter instantem senectutem venire.quo nos animo esse debemus in hominum nundinationem,quę eo tempore magis uigere cępit,cu; religione desinere debebat. Et ita uigere ut in ęstimatione captiuorum solos redimentes ęstimarint,et quod Piraticum est,nullam mode

rationem adhibuerint,sed qui cupiditatis, idem fuerit ęstimationis modus.O barbaris tempora?O digni carcere mores?pulchrumq; putarunt humanam fragilitatem muscarum,et vermiu; bonum, quod eripere minimum quidlibet potest tanti uendere, quanti virfortis ne immortalitatem quide; emerit,ad quam seruitus sit adiuncta.quid si neq; uitam,neq; libertatem uendiderunt?quid si mortem,& seruitutem?cum libertas proficiscatur ex auimo.in quem quamuis homo sit sapiens, penetrare nemo potest,neq; mulcta,neq; uindicta.Et sapientes corpus alii sepulchrum,alii carcerem esse dixerunt.quid igitur miserius esse posset?quam carcerem cōdi in carcerem?in quem similiter inclusos nullam misericordiam cepisse aliorum simul captorum, nonne est sine sensu esse,et sine memoria suę proprię fragilitatis? in qua uera,& germana sua crudeliores fuerunt, quam fuit in re aliena,& ficta Alexander Tyrannus.qui tragędum cum spectaret in Hecubę,Polyxeneq; casibus, lachrimas tenere non potuit.qua de inhumanitate hominum nihil amplius attingerem,sed abs te tecum penitus perspectam facile tuo exemplo emendatum iri sperare;, nisi non iisdem sensibus,quibus te contra illorum licentiam affectos sentirem cum nonnullos tuos, quos ut fero minus clare rem cernentes,uel propter suu; singulare studium erga tuas res, uel propter fortunę tuę magnitudinem potius,quam propter malitiam,sic alios non facile patior,qui non modo afferre audent illam miram scelerum defensionem,fecerunt,quod sibi profuit.quasi uero non latrones,& fures, et piratę faciant, quod sibi profit,verumetiam commentarijs commentitiis de promptis ex barbaria proximorum seculorum, non ex intimis superiorum antiquorum rationibus, quas profictis fabulis habent,illam tegere conantur, atque etiam generosam belli rationem non uerentur irrisione perfundere,atque illudere impiis sententiis, quas nescio quis dixerit Tyrannus in tragedia, aut in alio

poemate poeta idcirco scripserit quispiam, quia perso-
nę seruiendum esset. sed illi quamquam veriorem, et
apertiorem eorum improbitatem faciunt, cuȝ ueras tra
gedias fictis tragediarum sceleribus tegere conantur, ta
men obsecro Cęsar sinas me Paulo etiam apertiorem
eandem facere, et lumen quoddam afferre, ne omni
no vnquam, et si sępe conentur, istam pręclaram lu-
cem indolis tuę tenebris opplere possint, ac paululum
declarare quam alienuȝ quiddaȝ superiores aliquot Re
ges commiserint a Regijs animis omnium tui similiuȝ,
hoc est mansuetiorum Regum. et quam remotuȝ ab an
tiquis moribus, qui beneficentiam salutis, quę primas
partes habet solo honore donarunt, nec crescere hono
rem hunc Imperatore conseruato, sed in quocunque ci
ue summum honorem esse uoluerunt. Iam uero Christia
num quemqȝ esse ciuem cuiusqȝ Christiani. alio loco
ostendam. nunc redeo ad mores ęternos, qui reliquas
coronas cum auro commendarent, salutem ciuis in pre
cio esse noluerunt, clara professione seruare hominem
lucri causa nefas esse. Plato Homeruȝ dicit rem turpeȝ,
et nefariam fecisse, quod scripserit Achillem reddere He
ctorem sine precio noluisse. Alexander quamuis Home
ri studiosus esset, et idem Achillis magnus admirator,
tamen hoc ideȝ et sępe alias detestabatur, et maxime tuȝ,
cum amico consulenti ut ex captiuis quos infinitos ha
bebat ingentem pecuniaȝ conficeret, Respondit se non
Mercatorem esse, sed Regem meminisse, nihil quidem
habere uenale, sed fortunam suam sicut non uenderet,
ita captiuos honestius se dono daturum, quam pre-
cio remissurum. Pyrrhi de captiuis reddendis illa prę
clara sententia est.

,, Nec mihi aurum posco, nec mihi precium dederitis.
,, Nec cauponantes bellum, sed belligerantes
,, Ferro non auro uitam cernamus vtrique,
,, Vos ne velit, an me regnare hęra, quodue ferat fors.
,, Virtutę experiamur et hoc simul accipe dictum,

,, Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
,, Horundem me libertati parcere certuȝ est,
,, Dono, ducite, doque volentibus cum magnis dijs.
Regalem sane, et dignam eacidarum genere sententiaȝ, cuȝ Cicero dixit, illud ostendit, qualis habenda sit eius contraria. hic ego omitto alios non alibi omissurus eorum permultos, qui non mercennarium beneficium, sed gratuitę benignitatis excellentiam Regię dignitati conuenire arbitrati eos, quos in prȩlio conseruassent, gratis dimiserunt, ne tanti beneficij authoritatem imminuerent, cū pleraque hoc ipso vilia uideri possint, quod precium habeant. Et ne cum regibus acerbius agerent, quam cum seruis frugi agi solet, qui vltimam malorum seruorum conditionem non subeunt, ut sint venales. nec uero soli Reges eorum, quos in prelio cepissent, libertatem rem inęstimabilem precio ęstimare vile duxerunt. cum scirent ingens precium quamuis acciperent, tamen tanto plus se prȩstitisse, quod periturum esset eo, quod precio seruatum fuisset, sed et sapientum leges, et mores ueteres non modo mercedis summam, verumetiam genus improbarunt, et constituerunt neminem, ne pro fortunarum quidem defensione non modo pro vita conseruata mercedem petere posse sine crimine sordium. ac si quibus res familiaris ad vsum necessarium non satis sit, illos quidem passuros sibi gratiaȝ referri, uerumtamen paciscendi fugituros illum piratarum morem imponentium periculis precia. quod ipsuȝ ijdem ipsi sapientes abhominandam negotiationem appellant, quam etiam a mediocribus improbis ab esse, et ne pauperem quidem tanquam mercedem accipere uolunt, sed mutua beneuolentia uti. quia nec uenire hoc beneficium liceat, nec perire oporteat. an igitur homines mediocres et aut nulla, aut humili fortuna prȩditi hanc maximam generosi animi magnitudinem capere, ac sustinere permulti sępe potuerunt? an uero cum iustior acquirendi ratio esse non uideatur, quaȝ ex huma

nissimo labore,tamen propter dignitatem artium longe honestissimum,ac liberalibus disciplinis dignissimũ iidem ipsi iudicare potuerunt mercedem sui laboris nõ exigere,maximi reges,quibus,si reges sunt,neq; animus humilis,et fortuna ampla est,hanc amplitudinem capere non poterunt,an non longe alienissimum ab arte regia,quę maxime in humanitate consistit,existimare debent humanitatis mercede; suppliciis extorquere,non solum exigere?at exigendi consuetudo non modo increbuit,sed etiam inueterauit,esto,increbuerit,inueterauerit,sed ita,ut infra plane demonstraturus sim non inueterauisse principibus piis,probis, innocentibus', ut non huic,aut illi,sed optimis quibusq; haud quaquã inueterauisse sim demonstraturus.at apud milites sunt increbescere passi.at ita passi sunt,ut hac mercennarios milites indoctos,& agrestes,quibus non placeret gratuita uirtus,ad bellũ constantiores retinerent.Et simul ut a crudelitate reuocarent.Viderunt fieri non posse in ipso pugnę furore milites Truculenti,immanesq;, vt uulneribus ultro,citroq; illatis,et acceptis irritati hostem seruare uellent,nisi quęstus sordidorum hominũ mentibus angustis aliquam humanitatis uiam patefaceret, nisi concitatos animos merces ad aliquam ęquitatis rationem reduceret. At enim Imperatores qui indocti, qui agrestes minime sunt,qui etiam maxime laudis gloria ad bellum proficiscuntur,non eadem sibi,quę militibus conuenire arbitrantur.quoniam vtriq; non eadem censentur dignitate.militibus si quid mercede faciunt,parcimus.at Imperatoribus cum admodum turpe sit quęstu grassari,tum uero turpissimum habendũ est,si propter mercedem honestum colant,si quid habet in se uenale.illa demum est magnitudo principum melius de rebus statuere,quam uulgus. neq; hęc eo dico, quo mediocrem redemptionem omnino improbe;, sed ut gratuitę liberationis partim augeam laudem, partiꝫ discrimen notem inter redemptionẽ moderatam,et nũ-

dinationem,quarum prior fit,cum habetur dignitatis potius ratio,quam lucri.posterior cu3 sola ducitur uti litatum ratio,cum in captiuis nihil aliud spectatur boni,quam aut pecunia,aut possessionum fructus tanquā in pecudibus,cum is qui hostem cepit,non dubitat,quo iure ampla spolia habere possit,sed satis iuris se habere putat,quod diuitem captiuum habeat.quomodo grassator cur viatorem bene vestitum spoliet.cum ex huma na fragilitate immane lucrum captatur longi carceris tormēto.quod barbari seculi uitio superiores aliquot fecerunt,qui cu3 ex hostis calamitate,quam ipsi inflixissent,se extorquere posse uiderent maxima spolia,quasi ipsis spoliis omni essent humanitate spoliati, sic nihil nisi immane precium in hostibus attendentes tamdiu retentos,atq3 asseruatos acerbissima mulcta hostes oppugnarunt,quoad ad libidinem suā depacti sunt,quoad ex inauditis spoliis nouam uictoriam priore acerbiorem retulerunt,quoad uictoriam fecerunt uictorias Nundinari barbarissimis barbariores.qui prodesse eis putant,quibus nocere desinunt.illi et grauiter nocuerunt,cum armorum prǫlium finierunt,et grauius cum captiuos tenere desierunt.quorum licentia3 tuo exemplo emendati cum alter triumphus tibi sit, quid uereri debeo apud te reprehendere,prǫsertim quam abs te non modo reprehendi, sed etiam rescindi oportet, nisi eorum dissimilis nunc uideri uelis, quorum uirtute, consilio, magnitudine animi semper fuisti similis,ac par eorum, inquam magnanimorum hominum, qui inhumanum putarunt humanitatis mercedem exigere,et indignum uiros salutem pactioni debere,qui se cum de Imperio,de laudis gloria decertassent,quos potius laude,atq3 honore,quam pǫna,et supplicio dignos iudicarunt,eosque non tam aduesarios suǫ laudis existimarunt,quam socios,et consortes gloriosi laboris,et communis sortis,quǫ quia hostibus pepercisset cum sibi ipsi non pepercissent, idcirco illi quoque peperce-

sunt,ne quos sortis beneficium fortuitum seruasset cer ta conditione maleficii sui perdidisse uiderentur.et ne quos communis fortuna seruasset nō ad suaȝ propriaȝ laudem, sed ad testificandam crudelitatem suam uiderentur esse seruati.tum uero ab animi magnitudine alienum duxerunt non honestatis splendore persequi hostium miseram forteȝ, sine qua illorum uirtus cognita non esset,sed alienius existimarunt contra captiuos carceris uim,et neruos contendere et carceris vi eneruare inermes, contra quos armatos pauloante omnes suę uirtutis neruos contendere gloriosum duxissent. Et simul quos admisissent ad certamen apertuȝ suę proprię uirtutis illustrandę,eos excludere libertate lucis communis illiberale existimarunt, indignosqȝ carcere incluso supplicio duxerunt. Et quibus communem,et pennatam soliuȝ at tingenteȝ Iouis pręripuissent uictoriaȝ, eripere gressum terrestrem liberuȝ noluerunt.ne aut angusti animi uiderentur, si eos diuturno carcere captiuos retinerent.quorum expedita liberatione omnibus in terris perpetuo permansura esset amplissima tanti facinoris gloria,aut si carceris ui captiuos oppugnarent nec dum illos superasse crederentur,etiam tum se ipsos prius oppugnarent,quam eo pacto eos expugnare possent.naȝ cuȝ clementia,atqȝ humanitate prediti essent, quibus uirtutibus nihil ęque proprie subiectuȝ est,atqȝ aliena infelicitas,hostem infelicem perspexerunt a se oppugnari non posse,quin se humiliores, atqȝ inferiores non modo hoste captiuo,quod indignum est,sed etiam semetipsis imbecilliores efficerent, qui sane effecti essent,si quibus cum armatis antiqua uirtute contendissent,nouo suo uitio recētis uictorię cū uirtute captiuorum contenderent,hoc est, si captiuos oppugnarent ui carceris,et graui proposita mulcta.quod quidem etiam ignauo facile est.pertinacem uero ferre oppugnationeȝ longi carceris, et intollerabilis proposite multę etiam strenuo haud facile est.pertinax est oppugnatio , atque

Insolens, quę non parcit ei, cui belli fortuna pepercit ludum insolentem ludere pertinax. quę quem armis stantem abiecc. it, cum iacentem oppugnat. atq; turpior glorię expugnatio, quam si ab hostibus expugnata constanter fuisset. is enim, qui constanter puguando iacet, melius satisfecit dignitati, et fortitudini, quam non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam sapientes putant, quam qui armoru; periculo perfunctus pertinacia; excitat in hostem iacentem, pręsertim cu; non modo ad existimationē sapientum, qui non existimant tam gloriosum vincere, quam dedecus interdum uinci non posse, sed etiam ad utilitatem etiam illam quam vulgus putat satius sit superari bona, quam mala ratione iniurias superare. in illo iustitia inesse significatur, quę concordiam, et amicitiā conciliat, atque adeo conciliatas conseruat, in hoc iniustitia, quę tum ipsa, tum ipsius opinio odia, atq; inimicitias sępe, uel potius semper parit, ut magni imperatores ad conseruationem Imperij vtilius duxerunt accipere iniuriam non inuitos, quam inferre. ut etiam gladiatores bene instituti accipere plaga; malint, quam turpiter uitare. turpiter infertur, cum ultra modum progreditur pugna, quę cum hostis iacet, suum finem habet, qua; ultra qui promouet, magis est in uitio Imperator, quam qui miles contra Imperium cum hostibus pugnauerit, aut pulsus loco cesserit, aut signa reliquerit. hunc enim uel generosa quęda; fortitudo impellere, uel hostium arma, terror, periculumq; mortis depellere potuit. illum iniustiorem, qui armorum periculo liberatus animum retinet armatum, quę generosa uirtus impellere potest? ut, stans iacente;, armatus inermem oppugnet contra Imperium naturę, cui parcere Imperator eo magis debet, quo sapiētior est, quo minus debet a legibus discrepare naturę, quę repugnat, quo minus stantes pugnent cu; iacentibus, et multo minus cum ijs, quos ijdem ipsi abiecerint, atq; prostrauerint quam naturę repugnantiam in rebus quoq; inanimatis,

inanimatis,non modo animatis animaduertere possumus.non enim modo hominu3 quo quisq3 generosior est,et fortior,quin eo minus libenter neq3 per uis,neq3 per disceptationem cum iis,quos facile superare potest pugnare soleat,dubitare potest quisquam?qui sciat gladiatores etiam prostratis parcere,et ignominiam putare cum inferioribus quamuis obsistentibus pugnare,quod non ignorent,eos sine gloria oppugnari.qui sine periculo expugnentur neq3 modo feratum.vt quęquę maxime generosę sunt,quę prosternere potuerunt,ea prostrata relinquunt,uerum eousq3 fortissimo cuiq3, hoc est generosissimo is naturę sensus abiectis parcendi insitus est,ut cum hoc etiam sensus expertia consentiant, vt non modo humani belli duces, sed bellica quoque tormenta, quę quam violenta, quam immania sint, quis ignorat?ut et venti proterui,et procaces appellati in abiecta,in prostrata nō sęuiant,ut fulmina dormientibus parcant,quos vt cędentes, neq3 vllo renitentes pacto feriri negant.Deniq3 vt ne uenena quidem omnium venenorum ocyssima hominem ueneno obsessu3 obsideant,neq3 perdant.Immo vero seruent,ac cum eo solo quod intus inuenerint velut cum pari colluctentur.num igitur quisquā dubitare potest?quin illud magis sit contra naturam,si magni,et generosi spiritus vir urgeat iacentem ex altissimo loco pręcipitatum iniquitate communis sortis,quam si sensus expertium ingentes spiritus sęuiant in prostrata. Quin etiam illud ideq3 sit magis barbarum, quam quando barbarus ille in corum,atq3 eurum flagellis sęuiebat.is ira,& procacitate ventorum proterue excitatorum forsitam incitari poterat.at in prostratum numquis virilis impetus?num quę ira generosa?nunquod odium iustum incitari potest?profecto nullum posse ostenderunt permulti pręstantissimi,& literarum luce nemini nostrum non clarissimi,qui ne naturę,& humanitati inuenirentur inimici,qui armorum hostes fuissent,non contra inermes sa

lamitosos,sed hostes armatos pugnandum putarunt, et ipsos quidem,qui nec lęsi,nec lacessiti fuissent.qui generosum duxerunt pares a paribus expetere vltionem, qui hostem victoria tenus egisse contenti fuerunt. Scipio ex urbe deturbare,et sibi tradi postulare Annibalē poterat,sed tamen in eum non insultauit in calamitate.neq; interclusit perfugium fortunę. idemq; patria cedere,quam cum tribuno plebis humillimo contendere de innocentia sua maluit. quid populus romanus? qui Antiocho ad conditiones,quas antequam vinceretur,oblatas reiecerat,nihil addidit,cum omni illum regno spoliare posset.quid lacedęmonij?num vbi Athenienses superassent,urbem verterunt in prędam? quid Athenienses,qui,quoniam turpe esset, num cu; possent Sparthám funditus euertere conducere sibi arbitrati sunt?num simul atq; euboea; receperunt,ultra progressi sunt?an non potius quę prius occupassent reddiderunt.quid Polydorus lacędemoniorum rex?nonne vt vicisset argiuos,sociis adhortantibus ne oportunitatem omitteret,qua posset vrbem viris nudam relictis solis mulieribus facile capere, respondit, breuiter ille quidem,sed regie,quemadmodu; inquit mihi pari Marte hostes vincere honestum fuit,sic cum de agris recuperandis certamen fuerit,vrbem capere iniustu; existimo.quo responso agis rex magis,quam quantumlibet pręclaro regio nomine nobilis spectatur. cuiusmodi si responsum tui abs te nunc ferant, quale ab illo illi tu; abstulerunt, non tu quidem nobilior,qui es nobilissimus,sed certe admirabilior, & laudatior spectabere ab omni posteritate.Quid qui te incumbere in postratum volunt,nonne nisi studio impedirentur, pręterea qua; plurimos afferre possent.Neq; ego non possu; permultos,qui similem sunt moderationem secuti. Sed quid nunc pluribus onerari necesse est,qnando expediti esse possumus breui illa ratione,qua; pauloante dixi honestę pugnę,quę cum hostis iacet suu; finem habet, quę

vltra qui pugnam promouet, non modo iustam causas iniquam facit, sed etiam honestam victoriam reddit fœdam. bene susceptum bellum male finitum, male gestus est, ⁊ male semper uicerit, quisquis bene nesciet uti uictoria, hoc est moderate, recte, honestę. Quę quia facturus non sis, si pręsertim per te ipse ea consideres, vt summam laudem assequere, ita eoruȝ, quę dixi omniú non effugies reprehensionem, si tuorum potius, quam tuo consilio regem captiuum longi carceris metu, et intolerabilis multę denunciatione oppugnare perseueres. Pugna enim tua tum finem suum, cum hostis iacet, non haberet, neqȝ victoriam exitu pugnę finisses, sed a pręlii fine grauius pugnare inciperes, quam in pręlio. Hic horę momento, ut poeta ait, concurritur. C ita mors venit, aut lęta victoria. Illic diu oppugnaretur summa contẽtione non modo contra communem naturam, quę maximis contentionibus breuitatem dedit, sed et contra propriam tuam naturam, et factum tuum. cui enim stanti, atqȝ armato tui Martis vis in pręlio pepercit, ubi multa per iram fiunt, ⁊ cum indignatione confligitur, eum Inermem, ⁊ iacentem violare non debes. Nonne vehementiore, et violentiore vi oppugnatur in carcere, quã in pręlio? si ab inermi captiuo capere contendis metu lóginqui carceris munitissimas vrbes, quas ferro, quas manu, quas maximis copiis multos per annos nulla oppugnatio belli capere potuit, si vehementiore vi, quam sit ferri vis oppugnatur, nempe sensu pręsentis carceris, et eiusdeȝ futuri longi, aut perpetui metu, aut conditionum morte acerbiorum, quas ferre neqȝ te decet, neque huic accipere licet, siquidem quod honestum est, solum licet. in pręlio Imperij gloria petebatur, et de cómodis fortunę, quę sine honestate nulla sunt contendebatis hic damnis flagitia addere contenditis. in pugna nó taȝ aut de libertate, aut de uita decernebatis, quaȝ de utraqȝ ornanda. hic minus ornatam efficietis, quam nec qui vẽdit habet, nec qui emit. Pręterea enim in pręlio liberta

tis regię ornamenta sorti permittebantur,hic eius liber tas ne sorti quidem destituitur,sed certissimę addicitur seruituti.bellum susceperatis,ut paci consuleretur, quę insidiarū nihil esset habitura,insidias habere uidetur, quę ęquabili et communi iudicio non disceptatur,quę nō ex ęquo iudicatur,quod nunquid aliud est,nisi belli causam quęrere,in bello agri,quos cepisti,quęrebantur,hic alia immensa quęruntur,ac non solum controuersię,quę recentes flagrabant extinguntur,sed etiā quę extinctę videbantur,antiquę excitantur et quę tanquā vel suppressę,uel oppssę in tot superioribus libere pcussis fęderibus pręteribātur,nunc in carcere exprimūtur, atq; extorquentur ab inuito,quis belli non audiuit causas,rationemq; Mediolanū esse?vter uestrum non paratus fuit arma deponere?quoties alteruter Mediolano abstinere uoluisset.Quis,quibus etiam ante aliquanto quam hic caperetur,relinquere arma volebas,conditiones iam non iudicat tolerabiles,si cum istis intolerabilibus conferantur,quas nunc fers,aut tui potius ferendas putant.Nam tu mitis,& moderatus. illę acerbę,immoderarę. Quę vsq; ad iniuriam,atq; crudelitatē excitare fortunam tuam conentur.etenim cum difficile sit pares a paribus pęnas repetere sine iniuria.cum vlciscendę iniurię natura sit iniustitię non modo affinis, sed etiam cognata ex eadē stirpe,eiusdem studij ęmula,quēadmodum,si inermem,si captiuū grauius oppugnares, quam liberum armatum vacares iniustitia?quo tandē modo si pręter modum ab hoc pęnas sumeres,pęnarum culpam effugeres ? uerumetiam uitares ? nam qui vltra modum vltionem promouet, ille secundas iniurias incipit facere et grauiorem vltionem ex iniuriis capit, quam iniurias acceperit . Hic si quas aliquando intulit armatus,armato,liber libero,fortunatus fortunato,par pari intulit.pares esse uidetur,qui inter se certant.qui martem habent cōmunem.tum tibi pro agris, non pro salute laboranti aduersatus est . tu iam arma-

tus ab inermi, et de salute laboranti, et periclitanti, qui nec depugnare, nec repugnare, nec omnino se defendere, nec te ledere potest, liber a captiuo, fortunatus ab infortunato, superior ab inferiore pęnas repeteres. ille si quid fecit, profecto fecit, aut repugnandi necessitate, aut gloria, magnorum hominum affectu, aut belligerandi studio. belligerari humana quędam affectio est. omnesque homines plus minus eius participes sumus. quia in nobis quiddam excelsum, et inuictum insitum sit, quod superiorem ferre non potest. ut uel idcirco abiectos, aut submittentes se libenter excitemus, quia hoc facere tanquam superiores uidemur. et quod eodeȝ accedat humanitas, vnde recessit emulatio. ut multo citius nostram saluteȝ pro aliis non repugnantibus in pericula nonnunquam obijciamus, quam interdum aliorum salutem contentioni repugnantium tradamus. naȝ contra, quam dico, qui dicere possum hunc tecum pugnasse? cum ipsum non uiderim arma cepisse contra te, tum fortuna, tum ętate infirmiorem, cum nec dum tot hereditaria regna constituisses, nec ad Imperium peruenisses. ut uideatur res tuas te componere permisisse, ut cum bene parato, et pari pugnaret. at captiuum longo carcere affligere, aut intolerabili mulcta opprimere, nulla humana affectio patitur, non ira, non inuidia, quam utramque infelicitas sedare solet, nó magnitudo animi, non gloria, non deniqȝ natura tua, non superior, aut par captiui regis fortuna. omitto iam quanto, quę captiuo fit iniuria grauior fit, quam quę in pugna fit libero. hec fortunę fieri uidetur, illa corpori, quod omnibus charissimum est, pro cuius libertate pugnamus. cętera illata damna partem aliquam vitę lędunt. at in corpus iniuria omneis res corrumpit. quod apud deuȝ quoque, nó modo homines grauissimuȝ habetur. deo enim ultori prę illis quę liberis inferuntur curę sunt iniurię, quę captiuis fiunt. qui quo minus se tueri possunt, eo maiorem opem humanaȝ, et diuinam merentur. eo etiaȝ

magis paratior est eis ad ferendum auxilium,qui magis ulcisci potest,maxime autem potest.deus, qui eorum est diligentissimus custos,per quem in prelio vitam retinuerunt.cum igitur iniquum esset preter modum ulcisci,quanto iniquius,si fortunę punires errata grauius quam iudices scelera,qui mitiores maximis sceleribus pęnas constituere solent,cum tamen eos necesse sit leges sequi,Imperatorem autez conueniat corrigere etiaz leges,et legum uel iustarum acerbitatez mitigare,ne duz tyranni martis acerba iura lenire. iniusta ergo uictoria:certe,si ultra modum procedit.neqz modo iniusta, sed etiam crudelis,si modum non habet, etiaz si puniendi causam habet.siquidem moderari victorię,est aut ex ijs ipsis, quę illa est adepta,uictis remittere,aut extra ipsa quę adepta est non efferri. at captiui carcere capere conari urbes nondum captas,non modo prelio,sed ne diuturno quidē carcere,quę non sunt in potestate,neqz captoris, neque capti,equidem haud sciam,an non sit uictoriā extra modum efferri,q̄ extra se,hoc est extra ea ipsa,quę est illa adepta egrediatur, atqz exeat e potestate.et certe si quod ius est partę uictorię in eas res esse opinor,quas manu cepit.at in urbes nondum captas,uide an ius habeat,an ius quod sit incorporeum manu apprehendi possit.an alia sit conditio heredis,alia uctioris.an ad illum ius ad hunc res transeat.an si nondum captas capere urbes conari hostis carcere non sit extra uictoriam ius uictorię producere, tamen sit extremam uictoriam persequi.quod esset relinquere, atque adeo profugere uel primam,et quidem certe optimam uictoriam,atque vltimam,et pessimam offensionem accipere, quam quando tu te tibi moderari nolles,qui certe vis, acciperes,nolles autem siquando extremum ius tuum persequerere.quod alienuz est abste,hoc est a sapiente,⁊ bono ciue christianę ciuitatis, qui initia belli inuitus suscipere,extrema non libenter persequi debet.sed uide quęso Cęsar, ne non multo sit equius nondum captas

urbes capere cęco regis carcere,quam quod Rex ille conatus est,qui cũ Syros obsessores vrbis intra urbẽ obsessam cęcitatis errore inductos percutere uellet,eum Heliseus passus non est.ne percutę, inquit, quos non cępit gladius tuus.sed ut prouocati humanitate memores gratię esse possint,panẽ eis appone,et aquaꝫ,et simul domuꝫ remitte.tũ si hunc ipsum inermem tetra carceris tẽpestate circumfusum omnibus prętcrea tenebris tot litium antiquarum,quot in tanta regnorum vicinitate, in tanque obscura caligine superiorũ tempoꝝ accidere potuerũt,in vnas captiui regis angustias reuocatis oppugnes, caue,ac prospice,ne eo longius abs te discedas, quo longius isti te discedere uolunt a tui similibus,qui cũ in tẽpesta nocte hostes in bello opprimere possent,maluerũt palam luce aggredi.abs te autem numquam usquam discesseris,si et tuos sicut alienos,et tecum expendas sicut tuam alienam calamitatem. si quemadmodum semper antea existimasti,ita nunc existimes augendarum communium fortunarum contentionem usqꝫ ad iacturam proprioꝝ bonoruꝫ promouere non sane minus humile esse,quam maxime generosum omnes existimabunt, si urbes,quibus non modo fortuna pepercit,sed quas nullus martis furor,nullę machinę, nullum robur,nulla ars, nullum consilium capere potuit, nunc captiui carcere languido,atqꝫ prope inerti genere pugnę tu ipse fortissimus oppugnare nolueris. si prospexeris hunc abs te recte puniri non posse sine consilio, sine iudicio,quod quamquam tibi sit pręstans,sicut est prestantissimum,utrumqꝫ,tamen utrum in hac causa exiguuꝫ, an nullum uideri debeat,paululum attende,nisi sit liberum,ęquabile,et commune.an liberum,an ęquabile,an cõmune esse potest? quod hostis de captiuo hoste facit consilio subditorum suorum.quapropter quoniam uides in hunc ut iudicium dare possis, te quidem certe iudicare non posse,planius dicam.ut in hunc ipsum iudices ferre,cõstituere,dare possis,tamen te iudicium ha-

bere,sumere,exercere,efficere de hoc ipso recte non pos se,quod ne captiuus quidem si maxime pati uelit,accipere possit.quoniamque prospicis cum captiuo te satis generose iam contendere neutro certamine posse,quippe neque eo,quod fit per disceptationem,quę ęquū iudicem, et parem defensionem postulat.neque eo,quod fit per uim, captiuum inermem iudicio se offerentem oppugnare possis,prętertim eius matre captiua metu de filio retinente arma omnium principum,is tibi gratis potius liberandus,quam acerbe oppugnandus uideri debet. ne pugnare cum calamitate uideare,non cum hoste,qui amplius hostis non est neque uoluntate, neque fortuna, quę hostile nomen consumpsit.cui animus si sit inuictus,ut effigiem libertatis, certe libertatem eripere non possis. immo vero si etiam crudelis esse velles, qui certe non vis, nihil huic pręter simulacrum pristinę dignitatis eripere potes.et ne quo cum armato generose pugnasti parum generose pugnes cum eodem inermi,et captiuo, et eodem,qui iam Rex non sit, quam diu carcere tenetur.sed cum corpore,quod fuit Regis,hoc est cum infelici eius umbra,et simulacro.nam captiui uitam diuturno carcere,atque ingenti proposita mulcta oppugnare, quid aliud est nisi cum umbris pugnare et laruis? homo enim armis exutus, et captiuus non solum umbra hostis est,et simulacrum,sed etiam legibus mortuus habetur.quem ulcisci est tamquam mortuum vlcisci. quem captiuum si spoliares nondum captis urbibus, nescio quo modo id in te maximo rege,et summo Imperatore ferre possent sapientes,et probi viri.qui ultionem etiam quam capiunt pares a paribus, pusilli semper animi, et minuti esse dicunt. qui ne gregarium quidem militem ferunt,spoliantem hostes mortuos.quod existiment illiberale,humile,sordidū, et muliebre quiddam esse, hostis loco ponere mortui corpus, cum aduersarius ipse abierit,eo quo pugnabat relicto.eosque qui hoc faciunt non differre censent a canibus, qui iniactos lapides eo

qui

qui iacet dimisso ira feruntur, sed quid ego hęc ad te taꝫ procul a tuis moribus remota? nihil certe nisi ut longe prospicias non aliud esse quicquaꝫ ad solidam pugnaꝫ adiungere umbratilem quam humilitatem et magnitudinem animi duas res disiunctissimas longissimeque diuersas coniungere, quam dissimilium rerum commistionem non recipit animus tuus fortis simplex sincerus, et quia simplex ideo generosę uirtutis particeps est, quę quibuscum stantibus pugnauerit aut de Imperio, aut de opibus hoc est de gloria. nullum est enim Imperium nisi honeste partum, et gloria fultum, neque opes vtiles esse possunt nisi cum laude eos iacentes oppugnare humile, atque indignum ducit cum aliis de causis, tum quod in eis expugnandis glorię parum laudis, tum uero multo minus esse possit, etiam infamię plurimuꝫ esse soleat, si christianos ciues in carcere grauius ulciscemur, quaꝫ aut eosdem ipsos in prelio, aut uero barbaros hostes, quibus cum de uita decertamus, iure belli ulcisci possemus, in quibus ulciscendis armorum acerbitas non progreditur ultra mortē: quę a deo immortali tali supplicii causa statuta non est. at timore pręsentis et metu diuturni carceris, qui ad singularem pęnam nefariorum scelerum iuuentus est captiuum tenere nisi grauissimas seruitutis leges accipiat, equidem haud scio, an non sit morte maior pęna, an non etiam maximum dedecus, et flagitium, eum qui cum stante laudis certamen fuerit iacentem oppugnare, atqꝫ ulcisci carcere uindice nefarioruꝫ scelerum, ipsiusqꝫ infelicitateꝫ tamquam scelus insequi, cum tamen illam misericordia, hoc odio persequi soleamus, et eo quidem magis, quam scelus, cui ultimo supplicium ultimum humana lex constituit mortem, quę naturę pęna est. at pręter naturam est tormento, atqꝫ cruciatu diuturni carceris nimirum metu cogi accipere leges seruitutis, quę pręstantibus uiris semper fuit morte acerbior quę omnia cum vitabis, tum singularem laudeꝫ ueterum bonorum assequere, qui hostium carcerem non

captiuorum tormentum,sed capientium experimentum uirtutis,neque suę auaritię perfugium, sed communis fortunę esse uoluerunt,qui quod fortunam obiici non oporteat,fortunę hostium ueniam,locumq3 dederunt. et qui principibus captis,quorum eobur,ac uirtute3 in bello cognouissent non insultarunt,sed eoru3 non modo saluti, uerumetiam honori consuluerunt. a quibus non discedes,si a te ipso nusquam discesseris,et quid uis rectissime geres,si animi potius tui moderationem secutus fueris,quam feruorem quorunda3 te inflammare conantiu3,ut huic insultes. nonne id conantur,cu3 iamdudum consulunt,ut inermem ut captiuum maiore ui oppugnes quam armatum,ut quod nulla vis armorum ab armato,et libero capere potuit,nunc ab inermi et captiuo capere cõtendas metu diuturni carceris,et denunciatione intolerabilis redemptionis,quam non modo captiuus tibi dare non posset, sed ne liber quidem suis liberis diuidere.plane enim constat,insultationem maiorem ei fieri,cuius animus insultatione metus percellitur,quam cuius in corpus insultat ferri vis, quid? insultare non est?quasi is parua supplicia cędibus, ⁊ rapinis luerit,ab eodem captiuo acerrime repetere grauissimu3 non regis,sed regni precium.enim vero vrbes quas petis si captiui corpore obiecto obsideres,quominus obsessi repugnarent crudelis sane,ac miserabilis videretur oppugnatio,sed tamen hęc ipsa equidem haud scio, an ne omnibus grauior,certe captiuo,qui telis suoru3 pro suis celeriter occumberet leuior videretur,quam diuturnus carcer,quo diu cogitur non modo oppugnare suas vrbes,sua arma inermis ipse, uerumetiam tanqua3 machina obijcitur telis matris,hoc est illius uotis nihil non concessurę dum sibi suus concedatur filius.nescio quonam igitur modo non erit insultare fragili parte hominis captiua vti pro machina ad capiendas cu3 fortissimas urbes,quas nulla multos per annos belli insultatio capere potuit,tum ad capiendum animum,vt qui

tot ꝛ tantis et fam grauibus sequentis fortunę insul- tibus antea non submissus fuerit, nunc submittatur ad indignam salutis redemptionem, et qui ante Martis lu- do captus fuerit iam seria culpa capiatur. caperetur au- tem si sine dignitate saluti suę rationem haberet. quod ipsum quid aliud esset, nisi te felicem, et prouidum acer- bius agere cum captiuo, quam egerit fortuna, quę dici- tur cęca. illa tulit, ut fortiter pugnans non in generose caperetur, animus autem inuictus maneret isti volunt, ut confessionem cedentis, ꝛ uicti animi non liberalita- te impetres, sed absurda violentia extorqueas, laudem- que quam non varia, non multiplex insultatio fortu- nę, non toties, et tot intẽtata pericula, non insani, atqꝫ aperti martis uis iampridem huic eripere potuit, nunc repẽte incluso supplicio, atqꝫ indigna eripias conditio ne, quam captiuo ferre, ut concedam oppugnare, ut in- sultare non esse, certe quod iura belli iubent conserua re non est. etenim si is conseruare non videtur, qui spi- ritum non tollit, is enim nullus est omnino seruienti, et qui uitam a pręlio reseruat ad carcerem inclusuꝫ sup plicium, quod uel uita redimi potest, et quod nullis pe- cunijs captiuus ęstitimare potest, num huic qui timore pręsentis carceris, ꝛ metu perpetui, aut certe diuturni te netur, alterum carcerem proponere, nimirum conditio nem seruitutis plenam, hoc est morte acerbiorem, sit cõ seruare? num consulere? num parcere? ea enim sunt, sa- lutis, et beneficii partes. at enim tam intolerabili con- ditione dimitti, non est salus, quę nulla est sine dignita te, neqꝫ uenia, quę nulla debet existimari, quę est cũ par cere uidetur asperior genus enim crudelitatis est. serua- re, parcere, liberare, nec tamen misereri. neqꝫ si tantam mercedem expetis, hunc liberare beneficium est, quod fortis beneficium fortuitum conuertat in certam con- ditionem maleficii. neqꝫ primum in conflictu regem ser uasse beneficium esse dicent, obtrectatores tuę laudis; immo si quod fuit, obscurabunt, et aliquanto magis,

atq; adeo iustius tuorum militum, quam proprium tuũ fuisse uociferabuntur, qui aliquanto post pugnã hunc captum intellexisti, cuĩ interfici iure non poterat. quid si maiorem attribuent tuis militibus laudem, quos di- cent hunc fortiter capere potuisse, que tu fortis magno animo liberare non possis; illos eundem hunc capere sciuisse, quem tu liberare nescias, huic odium seruile, et militum furorem in conflictu pepercisse, cuĩ eis ipse nõ parceret, cum siue licentia belli, siue imprudentia, siue utraq; eum occidisse uideri potuissent, te tanto post pu- gnam eum, cui sis factus patronus more maiorum, per- dere graui carcere, intolerabilisq; mulctę frequenti ob iectione, indignum uideri. at nos omni obtrectatorum spreta ratione quidquid tui gesserunt siue beneficii, siue laudis, tibi ut par est, attribuimus. uitam huic conserua- sti, cum in conflictu perdere licebat, magna laus, et hone stum beneficium; quod permagni facimus, si iam cum non licet, non auferas, si non beneficium conuertas in iniuriam. nam si tantopere nociturum est, non est bene ficium regem non interfecisse, sed facinus ad id reseruas se, quod si hic pręsciuisset, nõ accepisset, sed pugnans po- tius mortem oppetiisset. quid igitur in beneficii loco, et gratię is ponet, id uidelicet, quando in pręlio interfe- ctus non sum. at utinam interfectus essem. an illud, quã doquidem mihi mea salus non suis ornamentis spolia- ta reddita est. at utinam plurimis, et maximis spoliata non esset. cui quid benefecisse refert? si non ob aliud is perit, quam ob tuum beneficium. quid ita? quia nisi in pręlio seruasses iam ipsum perdere non posses, qui liber in acie occubuisset. quid attinuit illum in pugna seruas se? si iam acrioribus telis eum defixurus es? quid peper- cisse iuuit? si ideo grauius perit, quia peperceris, quia cõ seruaueris, quid liberare, si ęquum est periculum, sic li- berari, et captiuum teneri, immo iniquius postremum. quid enim durius seruitute? quam libertas reducit, quid consuluisse? si huius mors in pręlio, cum huic ipsi po-

tior,tum tibi ęquior fuiſſet,quam iſto modo uita conſeruata.illa enim non ita acerba,ſed nimiuȝ tamen acerba,armorum fuiſſet,alieniqȝ potius quam tui ſceleris uideri potuiſſet.at uitę ſic redditę culpam ſolus ſuſtinebis,tum tui quā deſignant acerbior captiuo regi erit conditio,quam prȩlium,quam carcer,quam mors. prȩlium enim certa quędam perſequebatur hęc infinita atque ea in quę nulla belli cogitatio uidebatur,in illo error,et fatalis quędam ſors.in hac grauius quiddā,et indignius.deniqȝ illud iam deſijt, hęc perſeuerat, quę nō potius unius carceris liberatio, quam alterius uarii, et multiplicis carceris inductio ſit exiſtimanda.non eniȝ carcer deſinet,ſed alius eſſe incipiet.nec detrahetur calamitas,ſed transferetur.illud unum cepit regem. at hęc liberationis conditio totam galliaȝ,⁊ poſteros capere conatur,cū qua ſimplex ſeruitus comparata libertas quędam eſt,quippe cui ſit mors anteponēda.ea enim ſiue in acie obita fuiſſet,minus acerba ei fuiſſet,quę in libertate,et pro libertate obita fuiſſet.quę multas uno dolore moleſtias uitę ademiſſet, quę ei relicta eſt ad ſenſum tam diuturni carceris, tantęque redemptionis incarcere, obeatur ei minus infeſta eſſet , qui niſi in carcere moriatur, periclitatur , qui quęrere ſalutem potiſſimum non debet. non enim ſeruari, ac uiuere hominibus in ſummo precio ponendum eſt,ſed cum dignitate ſeruari,et uiuere.qui ſi honeſte ſeruari non queat, mortem,quam nemo ſapiens miſeraȝ captiuo duxit,ne libero quidem potius obire debet,quaȝ uitam indigna conditione redemptam uiuere, quam liberandi conditionem accipere quam intelliget ſibi libertateȝ non parituram eſſe. niſi forte ea , cui mortuę filius exſectus fuerit,peperiſſe intelligatur.qui qnemadmodum uſque eo carcereȝ paſſurus mihi uidetur,quoad ſpes ei erit honeſtę conditionis, quid enim aliud uirtus pati poteſt? Ita non uideo quomodo,et quouſque tu ipſe pati poteris,ut ei inermi,et captiuo ſalutis viaȝ intercludas,quaȝ

armato armatus,ipse patefeceris, cum ipsum cupientem occumbere in acie seruare, quam occidere maluisti.qua te Carole ab isto siue perfugarum externorum,siue tuorum iratorum consilio abducas te in optimorum permulta Imperatorum exempla,consilia,leges, quibus posteritatem admonuerunt iniquum ideo libertatem perire,quia uita non perisset. et quia seruitute exitium puderet euasisse,cuiuis ingenuo mori satius esse,quam iugum seruile perferre,quod ne serui quidez pecunia comparati ferrent,sibi libertatem nisi propositam haberent. illa sunt dulcia,quibus uti turpe non sit.dici beneficiuz non potest,si pereat,quod seruis pro summa remuneratione prestatur. lucullus illiberaliter,et non pro dignitate tum est murenam egisse testatus,cum tyrannionez captiuũ sibi dono datuz primo seruũ,deinde liberuz fecisset. quod auferretur presens libertas munere simulatę,atqz apparentis libertatis. quorum rationem si summum studium augendarum rerum tuaruz tuos nonnullos tam penitus perspicere, planeqz cognoscere sineret, quam penitus naturę constantia non modo ipsis,sed etiam omnibus inseruit id,quod omnibus innatum est naturale bonũ, beneficia sua tueri uel infeliciter data. Et perseuerare ideo benefacere,quia inceperint,quia beneficii primi rationẽ sibi conseruandaz putent etiaz homines longe infra dignitatem tuam positi,te uero constantem hominem,quẽ magis decuit huic benefacere incipere,quam iam liceat desinere,et qui nouas necessitudines etiam infimorum hominum tibi cotidie asciscere conere beneficiis,et qualibet impensa,numquam isti, usque eo mouere auderent,ut munus tuuz oppugnares, ut factum tuuz condemnares,ut deesses constantię tuę, ut Cęsaris consuetudinem desereres,qua ille hostes magis,quam merito hostium conseruare solebat, ut ueterem amicum, et iam beneficium tuum conseruasses, ut uiliorem tibi faceres,ut beneficium,quod dedisses,confestim repeteres,atque adeo ponens tolleres,quis ex iis,

qui tuam indolem cognitam habent, credet unquam, te ut perderes hunc conseruasse, ut grauioribus ipsum uinculis astringeres, uincula detraxisse. quę non dicerem, si tibi ea probari, ac non tuis existimarem, qui te duriorez, acerbioremque reddere uolunt, quaz natura tua ferat. enim uero uide quam multa simul non minus abs te diuersa, quam inter se contraria tibi consulant. uolunt quidem huius liberalem causam agi, sed solius seruitutis rationem exigi, hunc quidem liberari, sed carcerem manere. et libertatem restitutam dici, quam tantum exhibitam uideamus, quę eripitur cum datur, quę non tam exitij solatium afferre, quam salutis spem auferre huic uidetur. cui maior, et diuturnior carcer extra carcerem comparetur. Regem ex arce, et muro carceris exire patiuntur, ex custodia non patiuntur, hoc est uerbo regem plane exsoluendum, re, et conditione, et lege ne relaxandum quidem censent. deniqz pacti causa istoruz est, ut is habeat libertatē, finis ut perdat, ut unūs omnium captiuus efficiatur exeundo ex carcere. ut non solum contra libertatem, sed ipsius libertatis nomine seruilem conditionēm accipiat, et libertatis causa libertatem ipsam perdat. nam quid aliud est ita liberari? quam ex carcere mortali emitti, ut in sempiternum carcerem immittatur, ex fragilibus uinculis eripi, ut ad sempiterna uincula rapiatur, pristinam libertatem redimere, ut noua seruitus ematur. o intolerandam liberationem? o non ita intolerabilem, sed nimium tamen intolerabilez carcerem? in quo leuius est, quod captiuus ēst. o nouum pęne monstrum, mortuo uiuenduz, uiuo morienduz est, hoc est, si ista conditione seruatur, periturus est. si liberatur seruiturus. quid admirabilius in captiuo libertatem in liberato seruitutē. deterior enim relinquetur seruitus in conuiuio, quam in carcere. quare si ex istorum cupidis consiliis, potiusquam tuis moderatis uis regem dimittere, tibi quidem gratias agit, sed ei uti ista conditione uitę non est opus. quod sine me si tecum conside-

res colligere potes cum ex permultis aliis rebus,tuȝ uero ex ipsius Regis rebus gestis ipsuȝ potius morituruȝ, quam istam pactionem accepturum.etenim qui ut uno bello externo liberaretur,pericula quę uides subierit, ecquando istam conditionem acciperet?qua accepta sit ei futurum ęternum domesticum bellum.ecquando intimis regni possessionibus,antiquissimis sedibus maiorum suorum,in quibus tot annos Gallię reges permanserunt,in quas ipse uenit nec ui,nec clam.quę potius ad ipsum patrijs legibus uenerunt,quas adijt quiescente te,et spectante toto orbe sine negotio, sine controuersia,et cum tuo fauore.in quibus hic constitit tamdiu, quam Rex est,de quibus nec proximo prælio,nec superioribus ullis pugnis deijci,necdum diuturnum in carcerem coniectus eijci potuit.ecquando inquam?ecquo animo?ecqua uoluntate his possessionibus cedere poterit? is qui extra Regni claustra positas possessiones amissas,ut recuperaret,toties,et tot,tanta quę pericula adierit, quanta maxime magnanimi regis magnitudo adire potest.an cum liber honestam mortem pluris semper estimauerit,quam qualemcunqȝ uitam,nunc cui uiuere maximo in angore est necesse,huic paruum lucruȝ erit mors?an cum tot pericula, tot uoluntarios casus adierit liber,hunc necessarium non subibit captiuus? in quo non sit pactio libertatis, sed aperta lex seruitutis,quam is,ne si quidem iis,quę petis belli ui spoliasses acciperet.an non mallet quouis potius adire? quam ad suos non modo de carcere,sed etiam cum ipso carcere redire odio suorum flagrans,quod relicta a maioribus regni fortissima pręsidia tradidisset,an cum ingrata si uita,& haud quaquam retinenda,cuius accepte pęnitet,non moreretur?quotienscunqȝ uitę sit reddite recordaretur.an uero non multo mallet absentiam suam Gallia erubescens persequeretur, quam istam liberationem mereret. reges barbaros forsitam nemo reprehendat,si nihil aliud cogitent,quam se seruare.et uiuere.reges

re.reges

re.reges Gallię ista cautio non decet.ne dux Franciscus, cuius seminis est vitam ita seruare, ita corpus liberare ut hęc libertate,et dignitate posteriora ducat. nec ut illa recuperentur has abiiciendas, sed ut hę retineantur illa tamquam pignora alienę,non suę culpę proijcienda existimare debeat, potiusquam sempiternam seruitutem suis relinquat pro fragilis liberatione corporis.cuius si ulla est libertas,ea forsitam reddi possit, pręstari certe non possit.aut si ex animo libertas proficiscitur, quę sane proficiscitur,ea neque reddi, neq; eripi potest, neque ab hac animi inductione abducetur Gallorum consensus. qui omnia ferre constituerunt. priusquam quidquam suscipiant, in quo sit turpitudo. quę numquando tam facile deleri possit, quam Gallię fortuna aliquando mutari poterit more rerum omninm, quarum continuę mutationes sunt.quam numquam Gallię deerunt,neq; opes,neq; animi, neq; reges tribus Regis filiis uiuis,et incolumibus.neq; deerit deus, neque permittet,ut quam gentem florentem,potentemque esse uoluit ex eo.quod religionis libertatem non modo ab Oceano Germanico ad Herculis colunnas, uerumetiam trans barbaricum,et Syrium usque mare propagauit.et multos per annos sępe defenderit, sępe restituerit,hanc seruitute oppressam teneant uicini proximi. quorum maiores hęc eadem gens non opprefit, sed oppressos liberauit, et potius religiosę libertatis nonnumquam, quam aliquando seruitutis claustris cinxit. quare cum ex his intelligere possis regem mori malle, quam istam accipere seruitutem,cur non aut mature necas? aut generose liberas? cur si non celerem uitę libertatem impetrat.hoc certe impetret,ne diu moriatur.nam si in carcere ei moriendum est,clementius semel breui,quam millies longa morietur custodia.hic ego multa pretereo,ac si tui rationem solius habuissem, plura quę ante dixi pręteriissem.quę tamen non eo dixi, quod te tua natura,et uoluntate talia quędam commissurum arbitrer,

uerum illud eſt,quamobrem illa dixi,ut ſi quis eiuſmodi error tibi obiectus eſt,qui profecto obiectus omnibus videtur,qui uel naturę tuę manſuetudinem cognouerunt,uel iſtius conditionis acerbitateʒ audiuerunt, ne inquaʒ eiuſcemodi erroris obiectione aberres ab optimorum exemplis.a quibus te non dicam in perpetuuʒ abducere,nam qui poſſent,ſed quo minus illa, ad quę inuitat te tua natura mature amplexeris,retardare creduntur nonnulli tui,ſeduli quidem,ſed prę ſtudio rerũ tuarum non ſatis attendentes ſe tibi ea communicare, a quibus te ſe cernere conor.dum regis captiui mulctandi rationem ab illis quęrunt,quorum exiſtimamus licẽtiam exemplo tuo caſtigari oportere. tum hęc licentia quę nam eſſet,et regũ,qui ea vſi eſſent reprehenſio ideo ante poſita eſt,ut ex eorum memineris licentia moderationis tuę gloriam clariorem fore.nulla eſt enim laus ibi moderationis,humanitatis,ubi nemo fuerit immoderatus,inhumanus.tum ſi illorum crudelitatem tacuiſſem,dubitare viderer te ſimilia eſſe commiſſuruʒ.at cuʒ modo ſuperiores reges reprehendere audeo, modo eos qui tibi adſunt in conſilio obiurgare non dubito,facile declaro id,quod ſemper exiſtimaui te tua voluntate, et iudicio ſic ab illis abhorrere, vt ſi per te licentiam, qua propter temporum obſcuritatem,atqʒ inſcitiam aliquot ſuperiores vſi ſunt,ponderes,tanto interuallo in lucem iam non modo non ſis reuocaturus,ſed etiam illuſtri exemplo humanitatis tuę obſcuraturus,et poſteros edocturus,ut non tantopere quantum ſibi permiſſum,ſed quid,et in quos,et quatenus ſit commiſſum cõdiſcant.neqʒ quantum auri in pręſentia auferre a captiuis potiuſquam quantam, quantoqʒ grauiorem quouis auri pondere a liberatis laudis gloriam ſempiternã capere poſſint ponderare ſciant. idque ius exiſtiment, quod omnes boni communiter ęquabile iudicant.non quod ipſi ad peculiarem ſuam fortunam, cupiditateqʒ coęquarint,hoc eſt id exigere laudabile ducant, quod

liceat, quod deceat, quod fas sit, nō quod exigi, aut possit aut libeat. potioremq; esse arbitrentur honestam redemptionem, quam vtilem, sed ne vtilem quidem, quę non sit honesta. in quo referes veterem morem bonorum, quorum alij iactantibus quodcumq; liberet facere victoribus, licere, omniaq; in hostem honesta, et iusta esse, profecto regibus barbaris responderunt. at sibi videri ea solum honesta, et iusta esse, quę honesta, et iusta essent. quę vero lęderent pietatem, quę existimationem, quę verecundiam, eos facere non posse, ⁊ quę pręter dignitatem, quę contra generosos mores essent, ea iniusta esse, atq; inutilia. Alii vincendo, et omnibus dominando virtutis tamen serui esse voluerunt, neq; modo in nobiles reges, sed ne in mancipia quidem pręcio parata animaduerterunt quantum possent, sed quantū sibi ęquum et bonum concederet. alii et quidem principes populi uniuersę concionis secunda uoluntate contra hostem facere, quod non honestum esset, id ne vtile quidem tam vehementer existimarunt, ut ne audire quidem voluerint, ut uulgo improbarint, quę aliquot defuncti reges christiani etiam laudarunt. dum iura metiūtur ex victoria, quę si aut meliores, aut deteriores res facere potest, causas quidem certe facere non potest neque iustas, neq; improbas. Quę siquidem nonnulli tui tecū ęque consentire inciperent, atq; te ipsum sine tuis hęc ipsa sentire numquam desiturum spero, et confido, certe suam sententiam non minus quam mox commutare conarentur, quam tuam pauloante naturam maxime immutare conati sunt. ac sane viderent, quod nimium possis captiuum mulctare, hanc primam esse captiui defensionem. Nihilq; magis debere esse pro captiuo, quā quod aduersus captiuum multa non modo facere, sed etiam fingere possis, et quod in captiuum licentiam habeas maximam, ideo minorem habere, minusq; in eum captiuum, quam armatum tibi licere per fortunam, quę cum hunc captiuum tibi tradidit, tum utriq; vestrū ho

stilia nomina abstulit, et consumpsit, quę nec captiuuȝ tam potestati tuę, quam humanitati commisit, quę tot, et tantas necessitudines, quę inter arma interquiesce- bant, et conniuebant, quominus naturales iaȝ, et genui- nę exoriantur non impedit, potius etiam impedimenta abstulit, quę siue hunc, qui diu aliquando parentis tui nomen tenuit, repente seruum tibi tradidit, nunc abs te exigit, ut iam tu ipse patronus, et pater esse debeas, cum aliis de causis, quas certo loco dicam. tum illa ratione, quę confirmata est more, instituto qȝ maio um, qui non tantum singulos homines sed uniuersas vrbes, et natio nes etiam barbaras, in sempiternam clientelam, et pa- trocinium eorum, qui eas cepissent, dedicarunt, qui ser- uos precio emptos non modo clientes uerumetiam ut omnem seruis contumeliam detraherent, dominum pa trem familias, seruos familiares appellabant. qui clien- tes instituerunt chariores habendos esse, quam pro- pinquos tuendosque etiam contra cognatos. Iam ne uides quorsum clientis nomen spectet. Nonne ut cli- entem tuum tuendum, conseruandumque suscipias? quo patroni nomen? nonne ad opem, non ad calamita- tem clientis valere debet? quid patris nomen? nonne admonet patriam potestatem in pietate non in atroci- tate consistere oportere? siue eum ipsum tibi ingenuum addixit, tamquam addictus leges habere debet, et earum ui etiam te inuito ad libertatem peruenire potest. deni- que si leges habet, iudices quoqȝ habere debet. neque ip- sius causas a legibus ad cupiditatem transferre potes. neqȝ ab earum ęquitate recedere debes, siue autem belli euentus hunc tibi ita addixit, ut te inuito ad libertateȝ aspirare non possit, ita tamen tibi eum addixit, ut mul- tis, et maximis rebus te quoqȝ addixerit, nimirum ut di- gnitati honestorum cederes, ut dignitati seruires, ut au- ctoritati legum pareres, ut denique cogitares captiuum non tam tuę uni custodię esse subiectum, quam te om- nibus custodijs esse obiectum, non modo moruȝ, leguȝ,

institutorum, iudiciorum humanorum, et diuinorum, sed etiam arbitriorum, uoluntatum, sermonum, oculorum, aurium te speculantium, atq; custodientium. quorum omnium conscientia constrictus retinebere, si superiorum custodiam fugeres, quam quia effugere, neq; potes, neq; velles, eo minus, quam in armatum tibi in captiuum licet. illic tibi hostis partes erant permisse, hic etiam iudicis, et patroni commissę sunt. atq; illic iustitiam seruare debebas, hic iniustus es, nisi pręter iustitiam pręstes clementiam. illic si quid peccabatur multi excusari poterant. hic nemo nisi tu ipse incusari poterit. illic etiaȝ humiles insidię tolerabantur, hic nihil humile, nihil, callidum, nihil dolosuȝ, nihil vafrum ualet. siquidem ualere id dicimus, quod honestum est. et quoniaȝ sępe occultę res gerebantur, illic rebus gerendis aliquanto ante quidem, quam hominum expectationi aliquando satisfacere potuisti, hic captiuum non ante tibi satisfacere malle debes, quam tu omnium existimationi satisfeceris. qui quo magis hunc pręter omnium expectationem cepisti, eo omniuȝ opinione celerius liberandus est. atq; adeo illic plura ualebant, ut etiam ferinus impetus ualeret. hic ne ratio quidem nisi recta ualet, illic armis armatum generose oppugnare poteras. hic captiuum pręsertim eum, qui iudicio se offert, non taȝ generose oppugnare potes, quam sine armis contendere debes cum ęquabili iudicio, quod ubi ualet? nihil ibi arma ualent. demum illic unum regem uincere quęrebas, hic uincendi plurimi. neq; soli alieni, sed tui, sed tuus animus, sed tua uictoria. neq; de captiuo solo sed de te libero, de tuis iudicare oportet. uel maxime tum cuȝ dicunt pugnę euentuȝ omnia iudicasse. at ita iudicasse, ut permulta tamen tibi iudicanda reliquerit. quę ut cętera infinita taceam, nonne satis multum reliqui, quod iudicares fecit? cuȝ tibi quid, quantum, quomodo, quamobrem, is abs te mulctandus sit, tibi iudicandum reliquit. cum non solum quam mulctam hic subire debeat,

uerumetiam quam te deceat irrogare, tibi iudicandum dedit. Cum uitium illud tibi fugiendum reliquit, ne in his deprehendaris, quę in altero reprehenderis. et ne quod summam facultatem habeas summo iure agendi cum captiuo, ideo summam ei iniuriam facias. denique cum nondum tibi cepit agros, quos isti regis captiui carcere capiendos putant. quę qua prudentia es, si tecuȝ omnia consideres, maxime intelliges tibi minus licere in hunc inermem, quam armatum, minusqȝ in causa tua tibi iudici licentię esse, quam si istius alius iudex esset apud alium tum iure, tum iuris specie, tum ueris, tum uerisimilibus, etiaȝ si minus ueris sępe sine reprehensione hominum causam tuam tueri posses. at apud te iudicem nisi ueris eandem istam tueri non potes sine reprehensione, non modo hominum, sed ne conscientię quidem tuę, qua iudice absolui numquam posses, quamquaȝ ipse quidem cęteris mortalibus absolutus esses. ac si alius quis secundum te iudicaret aliquid, quod forte non satis ęquum esset, illius iniustitię aut omnino, aut ex maxima parte attribueretur. istic totum, si quid peccatum sit, unius tuum peccatum erit. prorsusque in aliena liberius causa, quam in tua iudicares. illic secunduȝ leges scriptas si iudicares, sępe reprehensionem euaderes hominum, hic semper uituperandus esses, si tantum tibi licere existimares, quantum legibus scriptis non prohibetur. imo uero si nihil moderate, si nihil iuste factum in hostē esset, si nulla honesti lex scripta, si nulla ęquitatis in hostem pręcepta, si nulla antiquis exemplis redēptionis moderatio in monumentis litteraruȝ definita esset, tamen cum ea uirtute sis, quam omnes nouimus, illa ipsa in captiuum hostem seruanda existimares. pręsertim cum non ignores esse iura quędam omnibus scriptis certiora, et quod non definiat lex definire pudorem, et quodcumqȝ rectum, dignum, decorum, magnanimum, humanum, pium sit regiam esse legem, qua reges arctius tenentur, quam priuati scriptis legibus. ut quos genero

ſis moribus, non minus quam legibus parere oporteat. quapropter nulla res eſt quamobrem non aliquanto liberius,atq; adeo iuſtius in aliena,quam tua cauſa iudicares,et minus libere de te alii iudicarent,et minus incómode audires,hic enim non tam de rege captiuo iudicabis,quam omnes mortales de te libero iudicabũt,quos omneis ut unum iudicem uſq; eo uereri debes, ut eorũ de te tibi non minoris facienda ſit bona exiſtimatio, quam eorundem ſecundum te iudicium.quid aute; proprie ſint iudicaturi,ex communi parente natura colligere potes,quę iampridem iudicat in cauſa tua te qui in aliena iudex eſſes grauiſſimus,leuem uideri uel ob eam cauſam oportere.Non dico iam illam,quod conditiones,quibus onerare te bonis hic ſtudet,reieceris, ſed ob eam cauſa;,quod proprius affectus tuus tibi certã cauſę tuę,et hoſtilis cognitionem negauerit. ex quo relinquitur tibi dubia. Et uero eo magis, quod eſt aliquid in utraq; parte,quod probari poſſit.tum dubia apud omnes credetur.nam conſtat eſſe dubium,quod hoſtis captiuus ui carceris concedit.quam dubiam iudicare nec regium,et iniquum duceres.na; optimus quiſq; multo malit impunitum dimittere nocentem,quam punire innocentem,ne ſceleſtus exiſtimetur, ne maxima mulcta dignus eſſet,ſi forte de quibus mulctandus eſſet, alios mulctaret.quapropter quoniam non tam tibi licentia permiſſa uidetur,quam iudicium commiſſum. neq; ta; iudicium,quam patrocinium.tibi cogitandum eſt non magis ſępe quam magnum ceperis regem,quam magnũ negotium ſuſceperis.magnum eſt,cum iudex ſis inter te & hoſtem poſſe iudicio tuo iudicium cauſę tuę uidere, poſſe ſeruare ęquitatem. maius te ſeruare debere,quam aſſequi non poteris,niſi affectus tuos non minus procul reliqueris,quam maximum redemptionis precium prope ſequi te tui uolunt.quos quia leuiter aliquando apud te unum reprehendo,et quidem ſine nota,nequãdo vſquam cum nota tu ipſe reprehendi poſſis, non du

tior,tum tibi ęquior fuiſſet,quam iſto modo uita con- ſeruata.illa enim non ita acerba,ſed nimiuꝫ tamen acer ba,armorum fuiſſet,alieniqꝫ potius quam tui ſceleris uideri potuiſſet.at uitę ſic reddità culpam ſolus ſuſti- nebis,tum tui quã deſignant acerbior captiuo regi erit conditio,quam prẹlium,quam carcer,quam mors. prę- lium enim certa quędam perſequebatur hęc infinita at- que ea in quę nulla belli cogitatio uidebatur,in illo er ror,et fatalis quędam ſors.in hac grauius quiddã,et in- dignius.deniqꝫ illud iam deſijt, hęc perſeuerat, quę nõ potius unius carceris liberatio, quam alterius uarii, et multiplicis carceris inductio ſit exiſtimanda.non eniꝫ carcer deſinet,ſed alius eſſe incipiet.nec detrahetur cala mitas,ſed transferetur.illud unum cepit regem. at hęc li berationis conditio totam galliaꝫ,⁊ poſteros capere co natur,cũ qua ſimplex ſeruitus comparata libertas quę dam eſt,quippe cui ſit mors anteponẽda.ea enim ſiue in acie obita fuiſſet,minus acerba ei fuiſſet,quę in liberta te,et pro libertate obita fuiſſet.quę multas uno dolore moleſtias uitę ademiſſet, quę ei relicta eſt ad ſenſum tam diuturni carceris, tantęque redemptionis incar- cere,obeatur ei minus infeſta eſſet , qui niſi in car- cere moriatur,periclitatur , qui quęrere ſalutem po- tiſſimum non debet. non enim ſeruari, ac uiuere ho- minibus in ſummo precio ponendum eſt,ſed cum digni tate ſeruari,et uiuere.qui ſi honeſte ſeruari non queat, mortem,quam nemo ſapiens miſeraꝫ captiuo duxit,ne libero quidem potius obire debet,quaꝫ uitam indigna conditione redemptam uiuere, quam liberandi condi- tionem accipere quam intelliget ſibi libertateꝫ non pa rituram eſſe. niſi forte ea, cui mortuę filius exſectus fuerit,peperiſſe intelligatur.qui quemadmodum uſque eo carcereꝫ paſſurus mihi uidetur,quoad ſpes ei erit ho neſtę conditionis, quid enim aliud uirtus pati poteſt? Ita non uideo quomodo,et quouſque tu ipſe pati pote- ris,ut ei inermi,et captiuo ſalutis uiaꝫ intercludas,quaꝫ

fteriori laude superares.qua propria ut omneis mortales superes,si mea in eo uersatur oratio,si ut etiam,atq; etiã considerес,ne quid agas,ne quo progrediare,quo honesti ratio aspirare non possit.si ut non modo memineris,quem regem ceperis, sed etiam quod officium receperis.cuius quominus regiam rationem omnibus etiã iniquissimis tuis persoluere possis,si ut caueas admoneo.Si efficere conor,ne animum tuum aliena indignitas capere possit, ne fortuna tantę uirtutis uictrix sit,tamen ne etiam tum alienior a tua laude uideri debeo; quam isti etiam ne si jamdudum ipsi nihil aliud agunt, quam ut quem te superiorem fecit communis mars,eundem te inferiorem faciat tuum proprium iudicium.tum te quem non hostiuȝ uis,non metus in bello fregit,nunc frangat prędę cupiditas.et qui cum esses in summo rerum,ac uitę periculo,semper magis ueritus es turpitudinem,& probrum quam mortem,nunc extra periculum scilicet tuam gloriam negligas. et uinci nescius uincare ab uno tui captiui carcere,qui unus te inuictum efficere et poterat,et debebat. atq; adeo pluribus uinculis capiare,quam captiuus, quem etiam extra carcerem plurimis constringendum isti arbitrantur.nã hic quidem captus est,sed necessitate,sed usitato fortunę ludo.Tu uero si tuorum affectui immoderato, potiusquam rationi tuę parere malueris,uoluntariam seruitutem,qua nulla deterior est,seruire uidebere. quam si seruiturus esses,qui certe non es,non tam aut Imperator,aut uictor,quam uictus habendus esses.et eo quidẽ magis quam si ab hostibus.illud enim accidere non potest,nisi graui,et uoluntaria uicti culpa.hoc sine culpa accidere potest.et quidem eo deteriore,quam hic carcere alligatus uiderere,quo animi,quam corporis grauiora sunt uincula. huius constringi casu aliquo etiã boni uiri,fortesq; possunt,ut ne extra uincula quidem illi,quem sapientissimuȝ Apollo iudicauerat,mori licuerit.Illius uinculis boni non possunt.huius item uincu

la mors,pecunia,fortuna,et uis soluere potest.illius uero non modo his relaxantur,sed arctius astringuntur. quare si quando dubitare potuisti,uide num dubitandum adhuc tibi sit,vtri alieniores a tua laude existimādi sint, hi ne qui te proprie,et perpetuo felicem,et liberum efficere student,an qui infelicem,seruūq;,et seruus quidem eius,quem captiuum tenes.nam si istud immane precium,quod isti designant ob liberandum captiuū acceperis,illum tui ipsius dominum constitueris, ac seruitutem subieris nulla alia quauis minus turpe,et multo deteriorem mulctam,quam captiuo infligere possis, qui vrbes,et agros,quibus mulctabitur recuperare forsitan aliquando poterit.at istam laudem amissam recuperare ipse omnino nunquā poteris.utri tandem cōmodius dignitati tuę cōsulunt?ii ne qui nō solū decus,laudem,gloriam assequi,sed etiam dedecus,infamiā,turpitudinem summa mala ut fugere possis tibi ostendunt, an qui te ex tua secūda pugna minus laudis capere uolunt? quā captiuū ex belli offensione.qui cum magno animo iniquas conditiones tulerit, ut opibus inferior, laudibus certe aut superior, aut par discesserit. teq; fortuna minor uideretur,quę ut secunda feliciores,aduersa tamen maiores facere solet.tu vulgo felix ex huius infelicitate ut uiderere,hic profecto iniquas conditiones fortiter passus magnus sapientibus probaretur, et fortis. etenim si uim fortitudinis excutere uolumus, non in re ulla alia tam aut acris,aut robusta reperietur, quam in hoc genere.ex quo fieret ut huiusce non tam uires,sicut isti uolunt opprimeres,quam tuam deprimeres laudem,quam hunc ipsum tuę glorię competitorem, siue adeo uictorem faceres. natura enim fieri solet,oppressores ut nemo nominet,ut eorum memoriam nemo non detestetur.at oppressos amét,laudent,misereantur omnia sęcula.pręclarus quidem tu rebus gestis, hic etiam memorabilis,et magnis uirtutibus illustris, sed tamen ad sempiternam posteritatis memoriam huius carcer im

primis eorum,quę nostra ętate acciderunt illustris erit. tibi quidem si ęquus, si moderatus,si humanus.sin iniquus,inmoderatus,inhumanus extiterit, huic miserrimus magis,quam turpis,et potius sempiternus ad laudem erit.tibi uero miserior,siquidem qui iniuriam infert miserior,quaȝ is qui accipit.quis quamquaȝ in omni uirtute pręstantis reguli meminisset?nisi ad sempiternam memoriaȝ punica feritas eius nomen propagasset. quis aliorum permultorum pręstantium recordaretur? nisi fuissent iniqȝ oppressi.Regem captiuum opprimere potes.facinoris commemorationeȝ opprimere non potes,quod in ore, in oculis totius orbis transactum erit, et mandatum monumentis ęternis. quę si comprimere tu quidem posses, qui profecto non posses, num etiam memoriam omnium hominum opprimere posses? qui admirabũtur,aut non credent,aut querentur,aut obstupescent, cum intelligent nobilissimum regem,tot tantisqȝ tecum necessitudinibus cõiunctuȝ abs te subiectuȝ fuisse taȝ immenso precio.quod ut hic concedat,tamen res ipsa repudiabit,ut nostra ętas sileat,quę cum sileret, loqueretur,cum taceret,improbaret.enim uero ubi laudes tuas prędicaret?si in hoc loco omnium laudum feracissimo tuam laudem taceret.quę ut taceat,num posteritas tacebit?in qua erunt infinita secula cum cęteris omnibus, tum regiis artibus exculta, quę non minus libere,quaȝ incorrupte superioruȝ manes exagitabunt, et denudabunt turpia facta,quę non tam exacte requirent,quem regem captiuum tenueris,quam quemadmodum in eo dimittendo animum tuum continueris.quę quam sint abs te remota,quis est quin intelligat? qui tacitam tui seculi existimationeȝ cum nunquam ullo tempore contemnendaȝ duxeris,quemadmodum posteritatis iudicium liberum, ac uehemens uereri non posses? quemadmodum quamuis facile tuis uideatur hunc grauiter mulctari posse, tibi cui eligendum est non quod facile,sed quod decorum est,difficile non uideretur, te

in diuturno huiusce carcere,in perniciosa redemptione incolumen retinere laudem.quam ut perpetuam,ut sempiternam retineas cum sis sapiens magis commoueri debes,quam captiuus ne perpetuo carcere teneatur,et magis de honore,de laude pertimescere te oportet,quaꝫ captiuum de fortunis,pręsertim cum plus etiam,quam ipsi captiuo a tuo carcere periculi tibi appropinquet,atqꝫ adeo instet iam a domesticis non pauło minus, ac prope dicam plusquaꝫ ab externis.id quod colligere potes, si etiam,atqꝫ etiam expendas, utri pręstantiorem te facere conantur,nos ne externi,qui te omnibus partibus inuictum usqꝫ eo efficere nitimur, ut totus orbis sit id non modo confessurus, uerumetiam pręedicaturus, ut ne hic quidē sit hoc negaturus.Immo uero lętaturus ꝙ adhuc ęgre ferebat te non posse uinci.cum nimirum experietur te ab alienis inuictm non posse uinci neqꝫ tua, neqꝫ tuorum libidine.quorum consilia eo spectant,ut tantuꝫ modo fortuna tua fortunaꝫ huius uicisse uideatur.in rebus autem quę sunt proprię tuę te uinci ęquo animo adeo patiuntur, idque iamdudum,ut etiam te tuo captiuo eisdem rebus inferiorem reddere, atqꝫ tui captiui carcerę neruos tuę uirtutis elidere conentur.an nos,qui quo in omni genere certaminis sis superior eis, quorum arma superasti.omneis neruos tuos contendere studemus,ut alteram pugnam fortiorem cum eisdem instaurare possis,quę tibi non est peregrinorum ducuꝫ uario,et multiplici artificio,neqꝫ perditorum militum fece,cui seruire quid est minus non dico regis,sed liberi hominis?ueruꝫ propria uirtute pugnanda.nam cum conatus tuos in uiris fortibus superandis consumas,cōsiderare debes nihil esse tibi non modo committenduꝫ, quamobrem eis,quos armis superas te inferioreꝫ uirtute pręebeas,uerumetiam te Regem ita de uirtute certarę oportet cum cęteris regibus,quicunqꝫ sunt, ut ęquiore animo bonis vel naturę,uel fortunę te uinci,quam animi bonis pati debeas. de quibus optimi quiqꝫ alacrius

contenderunt,quas de ceteris bonis.uis ne hoc prestantissimo genere pugne prestantem regem superare, da ei libertatem.nam hec etiam superiori eripitur,nunquam nisi inferiori datur,contende cum eo utrum eam tu meliore fide dederis,an ille acceperit.qua humanitatis pugna cum omnium Imperatoruz clarissimos triumphos, tum treis ueriores,et iustiores,quaz Pompeius adeptus fueris,qui una pugna treis consecutus eris uictorias.nã hostem humanitate,te ipsum moderatione,tuos consilio uiceris.hostem armis uincere commune est cum scelestis,mulieribus,seruis. At seipsuz uincere, id est humanam fragilitatem,que nec terminos, nec imperium sui habet precipua,et magis regia est uictoria,et diuinoruz uirorum opus,quod quemadmodum rarius,difficilius, laudabilius est,quam hostes uincere.propterea quod in uincendis hostibus fortuna dominatur, uictoriam sui nec fortuna dare,nec eripere potest.et quod hic est plus uel sapientie, uel fortitudinis, ubi mentem reuocare oportet non modo a sensu,quod magne sapientie est, sed etiam assensu iniuriarum,quod magni animi, est et fortis. Illic usqz ad belluarum impetum effundere, et exultare sensus necesse est,ita facilius,vulgatius,turpius est a seipso uinci,quam ab hostibus.enim uero illud nisi uoluntate uicti accidere non potest,hoc etiam fortissime repugnanti accidere potest,ꝛ solet.tum difficilius quoqz est,quam arma hostium affectus suorum uincere. quoruz animos insolita fortuna inflatos capere maioris uirtutis est,quam aut hostes capere,aut captos diu tenere,a quibus omnibus si minus uincare,magis inuictus eris,quam si ab hostibus.in quibus quemadmoduz ante dixi,superandis non precipua consistit uictoria, sed in humanitate, ꝛ uirtute.quibus hostes uincere cuz uiribus superemur etiam a brutis animalibus nulla speciosior,nec utilior existimanda est uictoria.ex qua quãtum laudis,et commodi sit victoribus,uel ex eo intelligi potest, quod ab ea uinci etiam uicto non abiicientĩ

arma melius est,et pulchrius,quam hostes ui armorum uincere. quibus qui uincuntur deteriores, et grauiores hostes fiunt, qui autem humanitate. meliores, mansuetiores,amiciores. illorum enim, qui armis uincuntur, non uincitur lingua, non mens repugnandi. at qui humanitate se superari conspiciunt, ij simul et linguam uinctam habent, ut omnino hiscere non audeant, ⁊ animum, cuius compote; uictorem faciunt,eundemq; etiam sua confessione approbant, qua nulla uictoria est maior. tunc Darius ratus est se uere uictum, cu; post prȩlia beneficijs ab hoste superaretur. tum funditus re uera uictus est, cum diceret sibi gratum esse, si uincere nequiret. quod a tali potissimum uinceretur. tum Alexandro cessit, et fasces sub misit, cum uirtutem,cu; magnitudinem, cum beneficiis inuictum admiratus est animum Alexandri, qui quemadmodum non armis, ita non beneficentia,non gratia se superari patiebatur, necubi uinceretur, cum cȩteris prȩstaret. ergo cum deceat inuictum a cȩteris, ne auro quidem uinci, et consentaneum sit uincere animum suum, et cupiditatem, qui animos hostium uincere cupit, et qui armis hostiu; non frangitur, non frangi inermium hostium spolijs, nec qui se inuictum ab hostibus prȩstiterit, par sit uinci cupiditate suorum, nec uerisimile uideatur, ut cuius ingenium res aduersȩ nudare non potuerint, secundȩ celare non possint,a tua gloria,⁊ amplitudine indignũ existimabis te, quem periclitantem opes Galliȩ uincere non potuerunt, nunc extra periculum positum uinci earundem cupiditate,et altitudinem illam animi deijcere in captiuo inermi, quȩ in bello contra eundem armatum retenta fuit. ac potius multo tua magnitudine dignum iudicabis aduersus quem fortitudine armorum, et robore animi usus fueris in periculis adeundis, in prȩlijs faciendis in eum quoque liberalitate vti.

Hoc ſpatium vacuum reliquimus ſecuti codices Germanicos, quos imprimendos curauit Carolus fonteius, cuius Epiſtolam nos quoq; in principio poſuimus, vt cauſas lector intelligeres, cum alias, tum cur hóc ſpatium relictum ſit.

uelim, ut tuos sępe obiurgem, qui iniquum in discrimen tuam existimationem se obiicere non uideant pręstudio rerum tuarum. si nihil item aliud ago, quaſ quantum natura habes ab ignobilitate, et sordibus, tantuſ te tuo iudicio abstrahas ab humilitate. atque idem ego si efficere conor, ut hunc non modo uirtute liberasse, uerumetiam uirtute cepisse uideare, quę maxime tum apparet cum suę naturę conscia pręmium petit suum, hoc est sane sanctum, et castum. Sanctius, et castius nullum esse potest, quam sanctissima, et diuina laus, quam quéadmodum ante dixi. capies ex huiúsce humana dimissione. contra si nihil isti aliud agunt; nisi hic ut casu, ut fęlicitate magis quam uirtute captus esse uideatur, ut extrinsecus petas regię missionis precium, quod intus habes sanctius quam quod auri ex erario sanctiore Francię tibi proferri uolunt, et preciosius et maius, quam quantum ex quantacunque carceris diuturnitate auferendum isti putant. qui si pre uno immani auri pondere tot, et tanta humani officii moměta, et pondera, tot amicitias, tot societates, tot et tam sacras necessitudines, tot honestatis leges, tot et tantas laudes tibi contemnendas putant. ergo ne idcirco quidem cuiquam omnium mortalium isti uidebuntur pre me si minus alieni? attamen a tua laude tanto alieniores, quanto istorum sententia alienior, et dissimilior tui, quantoque tu minus magnanimus esse omnibus uiderere, quam re uera es. cui quasi unius pugnę fortuita, et communis cum multis laus te expleuisset, continuo restinctum esset tuę proprię laudis augendę studium, quod potius ad maiorem laudem inflammare magnum animum tuum semper soleat, queſ non tanquam recepta mercede, sed quasi dato pignore ne uirtutem deseras, semper honesti reuerentia continuit. quem puderet, nisi propriis factis te extolleres, nisi in augenda gloria te ipsum superares, nisi etiam, si omnium gloriam longe multumque uicisses, tecum ipse certares. idq; ageres, ut semper superiorem laudeſ po

arma melius eſt,et pulchrius, quam hoſtes ui armorum uincere.quibus qui uincuntur deteriores, et grauiores hoſtes fiunt,qui autem humanitate, meliores, manſuetiores, amiciores. illorum enim, qui armis uincuntur, non uincitur lingua,non mens repuguandi. At qui humanitate ſe ſuperari conſpiciunt, ii ſimul et linguam uinctam habent,ut omnino hiſcere non audeant,et animum, cuius compotem uictorem faciunt, eundemque etiam ſua confeſſione approbant,qua nulla uictoria eſt maior. Tum Darius ratus eſt ſe uere uictum, cum poſt pręlia beneficiis ab hoſte ſuperaretur. Tum funditus re uera uictus eſt, cum diceret ſibi gratum eſſe, ſi uincere nequiret,Quod a tali potiſſimum uinceretur. Tum Alexandro ceſſit,et faſces ſummiſit, cum uirtutem,cum magnitudinem,cum beneficiis inuictum admiratus eſt animum Alexandri, qui quemadmodum non armis, ita non beneficentia,non gratia ſe ſuperari patiebatur, necubi uinceretur, cum cęteris pręſtaret. Ergo cum deceat inuictum a cęteris,ne auro quidem uinci, et conſentaneum ſit uincere animum ſuum, et cupiditatem, qui animos hoſtium uincere cupit,et qui armis hoſtium non frangitur, non frangi inermium hoſtium ſpoliis, nec qui ſe inuictum ab hoſtibus pręſtiterit,par ſit uinci cupiditate ſuorum,nec ueriſimile uideatur,ut cuius ingenium res aduerſę nudare non potuerint,ſecundę ceṡare non poſſint,a tua gloria,et amplitudine indignum exiſtimabis te,quem periclitantem opes Gallię uincere nō potuerunt,nunc extra periculū poſitū uinci earundem cupiditate, et altitudinem illam animi deiicere in captiuo inermi, quę in bello contra eundem armatum retenta fuit. Ac potius multo tua magnitudine dignū iudicabis aduerſus quem fortitudine armorū, et robore animi uſus fueris in periculis adeundis,in pręliis faciendis in eum quoque liberalitate vti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EIVSDEM ORATIO ALTERA, qua suadet Carolo Quinto Imperatori, vt Regeʒ Galliȩ bello captuʒ non modo moderato precio, sed etiam gratis dimittat.

MVlta hesterno die dixi de ꝓprijs ornamentis regiȩ dignitatis, multa de cōmuni perfugio regum infelicium, quȩ si etiā iis, qui reges non sunt, magni momenti esse videntur, maioris profecto vt speto tibi videbuntur, qui sis rex. Cuius sit et humani, et eiusdem fortis intueri, quid regiȩ dignitati conueniat, quid regio nomini debeatur, quid maxime regium sit, cum plane scias non esse quidquam tam porro regium, quam velle, et posse opem ferre captiuis, posse excitare abiectos, posse conseruare, posse liberare, posse plus ad salutem, quam ad perniciem, posse honestati seruire, posse aduersariorum dignitati parcere prȩsertiʒ regum. qui diuini seminis, qui dei immortalis quasi gentiles sunt, qui Iouis discipuli, et cōsortes habentur. quorum cum iudicio veterum, tum nostra quoqʒ religione nomen sacrum, et sanctum est, et semper apud omneis gentes fuit. quo quidem nomine clarissimi reges adducti suorum hostium vincula, neces, ignominias nō minus seuere, quam paternas iniurias ulti sunt. Quo obscuri barbari fortunam regia stirpe genitorum reueriti captiuos dimiserunt, et simul possessiones illis recuperarunt. et quo lacedȩmoniorum regi hostes obuiam facti ne in pugna quidem manum iniicere audebant, sed ei cedere solebant. tu institutus rebus optimis extra pugnam insultare nolles inermibus, et captiuis regibus Franciȩ, qui cum uetusta sacri nominis fama, tum pera grato orbe terrarum victoriis bellorum sacroruʒ, quȩ

pro cõmuni salute gesserunt sacri ab omnibus abhinc tot secula uel usq; ad extremam dicuntur barbariam. Quę huius mortem ornandam existimaret, non solum uiuum in hoc fortunę gradu positum veneraretur, et cui auditum nomen Francię etiam ab ignotis barbaris vltimis multam gratiam, multamq; dignitatem colligeret, abs te vicino proximo in optimam partem cognito, ecquando paterere vt Francicu; nomē huic ipsi plus periculi, quam opis, quam salutis, quam dignitatis colligeret? et cu; optimus quisq; nomen sui ordinis sacru; ducat. quod cum aliorum confirmet, suum se confirmare arbitretur, ecquando tuę dignitati conuenire existimares? ut propter idem regium nomen, modo seruasses, modo perderes, & quod debeat valere ad salutem, valeat ad perniciem, et quę causa sit aliis ad reconciliandum, tuendum, augendum, eandem esse tibi ad dissentiēdum, deserendum, oppugnandum captiuum regem. qui si apud alium captus esset, sine vllo priuato dãno tuo, si tot tecum necessitudinibus coniunctus non esset, si Aphrum, aut quemuis barbarum regem cepisses, tamen regium nomen te commoueret, ut eius saluti consuleres, ut regię dignitati prospiceres. cum uero hunc ceperis minime barbarum, et eundem etiam regem eius gentis, quę barbara non est, quę etiam est barbarorum perpetua hostis, tuam potissimum humanitatem deesse nolles Francico nomini. quo factum est, ne cęteris deesset. quod quis nescit hunc christianum orbem sępe liberasse a barbaris, tum vero in multas, atq; magnas barbarorum nationes ne nomine quidem cognitas, hospitalitatem, humanitatem, religionem sparsisse, ac disseminasse, et optima quęq; uel constituisse, uel constituta sanxisse. quibus quin Franci meruerint sibi, et suis posteris humanitatis retributionem, ne ipse quidem negabis. siquidem aut naturam tuam sequaris, aut exempla pręstantissimorum hominum, qui etiam scelera posteroru; virtutibus maioru; condonarunt, qui maximas urbes, qui

plurimas nationes natura,genere,uoluntate,et iudicio secum dissentientes seruarunt, uel propter conditorum nobilitatem,uel propter maiorum gloriam, et grauissimas multorum iniurias paucis condonarunt.tu vero huius unius tot tecum nominibus coniuncti non scelus,sed uirtutem dignaȝ regio nomine,et maioribus suis infelicem ob incertos belli exitus, Martemqȝ communem concedere,et potes,et debes plurimis suis maioribus Heroibus Francię,vel propter eorum summam et uirtutem,& nobilitatem,propter quas ipse,nisi proprijs excelleres,etiam nobilissimus inter christianos principes numerari posses, uel propter eorundem beneficia, qui christiani Imperij adiutores,qui authores fuerunt, qui non modo patriam,quę te genuit,et quę te excepit, defenderunt,seruarunt, sed quos communes parentes omnium dicere possumus.Primi Italiaȝ erexerunt,quę diutius,quam uictricem omnium gentium decebat,barbarorum immanitate iacuerat.quod nisi fecissent,num in Italia ullum Imperij uestigium reperisses?primi in nationes feritate ferociores christianum Imperium induxerunt,ac penitus euersum excitarunt. quod nisi fecissent,equidem haud scio,an tuuȝ hodie extaret Imperiū. ac potius quoniam antiquum perierat, nouum constituerunt, et sanxerunt,idqȝ ex eo,quod plurimis laboribus,maximis periculis christianos ex barbarorum ditione liberassent.quod nationes ad religionis cultum, legumqȝ sanctitatem traduxissent,quod inter reges beneuolentiam,et charitatem conciliassent,quod populorū seditiones,et discordias sedassent.sed quę,et quam multa,quam probe,quam fortiter fecerint,sigillatim enumerare necesse non est,cum nulla gens,nullus populus sit, cui hęc nota non sint,apud quem horum permulta nō extent monumenta,cuȝ ipsi quoqȝ barbari qui in hunc dieȝ omneis christianos et habent,et appellant Francos, amplissime testentur Francorum gentem suis periculis communem omnium salutem, libertatem, religionem-

contra impetum barbaroruȝ tanto robore animi defen disse,et sustinuisse,ut multos per annos,atqȝ adeo secula Francici nominis maiestas eos ab Europa prohibuerit.ab hac perenni pietatis tuendę gloria non degenerauit hic.Immo uero hanc non modo quasi patriam, et auitã hęreditatem cernere,sed etiam peculiarem sibi cõparare,uehementer cupiebat,nisi ex omni parte Italię, qua erupturum in barbaros se sperabat.depulsus ab hoc studio retardetur,quominus uelit contra barbaros proficisci,etiam ad firmandas tibi possessiones, unde nuper abs te eiectus est,tamen si nulla habita ratione eorum quę dixi,pręterea longa custodia,et intolerabili mulcta affligatur,tecuȝ expende,qua facultate id facere poterit, si uelit,quo studio si poterit.quod si tecum etiam, atqȝ etiam consideraueris, hoc est, si tu unus cum tuo solo animo,cum tua sola mente circunspexeris, certe eo eris in hunc unum Imperio, quo huius ipsius maiores in omnes fuerunt, qui non priuatę prędę, sed communis utilitatis instrumentum fecerunt suum Imperium.quod Gallico fonte domesticę felicitatis irrigarunt,aluerunt,auxerunt,armarunt, Franciamque fecerunt commune perfugium infelicium regum,principuȝ populoruȝ. quoruȝ in primis numerandi Hispani,quos quando neque suę urbes, neqȝ sua natio tueri poterat, extremo pene fato Hispanię suum caput barbaroruȝ ferro obiecit Francia, non recordans siquid ab Hispania aliquando ipsa passa fuisset, sed quid ista tuȝ pateretur, maxime idipsum temporis,cum illas immanium nationum procellas,et tempestates in Hispaniam efferuescentes, et redundantes post habitis ferocissimis hostibus singulari uirtute sustinuit,sed ita ęgre,ut nulla gens uehementius,atrocius exercuerit heroes Francię,qui tanta contentione pugnarunt, ut suas urbes deseri,et diripi passi sint,ne Hispaniam desertam uiderent. quorum sine subsidio cuncta non semel Hispania sub iuguȝ barbaricę seruitutis cęcidisset. itaque pater tuus impediri

potuisset,quominus illa tot dotalia regna adipiscere-tur,et quominus tu ad istaз magnitudinē, qua te hodie maxima ornatum uidemus,peruenires. quare si franci ut possent indomitam arabum gentem Hispanias occupantem depellere,magnos exercitus,exercituumque posteritatem sempiterna immunitate donarunt, et si tam magno libertatem cum omnium,tum profecto uel maxime nationum,quibus regnas,ęstimarunt,ut eas nonnunquam perditas restituerint,et sępe perituras seruarint, et hoc si parum est, pereundo seruarint, profecto huic uni illorum progeniei, qui maximis copijs terra, marique contra barbaros sępe pugnare poterit,uetus libertas eripienda non est carcere, cuius maioribus effectum est,nequis carcerem timeat.si non par est a uicinis proximis unam Franciam in seruitutem redigi, cuius uirtute tot per annos sanctissima consensio christianę uniuersitatis in longinquis, maximeque diuersis locis suam authoritatem liberam retinuit.si iniquum imperare ijs,quorum opera liberi sumus,quid in carcere tenere?si indignum non paucos seruos ęre paratos ex ea gente natos,quę Hispaniam uastauit,per Hispaniam uagari libere,progeniem uero francorum,qui Barbariam ex Hispania depulerunt, eamque libertatis compotem fecerunt non posse ne libero quidem spiritu,et communi luce frui.si defensus orbis hoc uidere nequit,ut Francicus sanguis, antiquissimus custos communis libertatis solus sit captus,per quem prope dicam solum cuncti liberati sunt.si consensus omnium gentium acerbum ducit in ea terra,in qua omnia libertatis, ac uirtutis signa francorum relicta sunt, Francię regem primum ex regibus externis Christianum captiuum esse,cuius maiores primi eam è seruitute barbarorum liberarunt,an metuere?an ne dubitare quidem debeo?quin alienum tibi uideri debeat,in uestigiis depulsę seruitutis eundem ipsum uideri captiuum.et si communi lege omniuз gentium summa gratia quę pręstari possit educatoribus de

betur,quantam deberi putamus ijs,qui pręter educatio nem suis periculis pepererunt salutem,et libertatez.qui si te alloqui possent,nonne his vocibus uterentur:nos tuis originibus regios natales dedimus, patriam etiam tuam concessimus non exiguam Gallię partem,pręter multa alia.quę si tanta non dedissemus,tamen quia par tim authores tuę originis,partim patrię,partim Imperii sumus,non maleficium abs te,sed beneficium sentire debemus,quorum beneficium est,illud ipsum quod regez cępisti.nam nisi initium tibi dedissemus, neque tu hunc capere,neque in istam magnitudinem peruenire potuisses.qui quamquam potentior es factus, quamquam ad summum Imperium peruenisti, istius commoditatis, tamen,expertes esse non debemus. neque enim tantuz pro cessisses,nisi pręclarum initium dedissemus,non facultatem liberandi regem francorum haberes, nisi capiendi a Francis habuisses.cum enim radicem prębuerimus, fructuum etiam authores existimari debemus. pro his non nefarium facinus reposcimus,sed ne quantum possis,aduersus nos experiare, per quos cępisti posse. non ideo Hispanos liberauimus,ut essent,qui nostram principem posteritatem caperent.non idcirco origines tuas in maximis,atqz optimis agris collocauimus, ut ab istarum posteris posteri nostri francorum reges captiui fierent,sed uti pręsides eorum essent,et pręsidia, et honorem ab istis assequerentur.non barbaros procul submouimus,ut prope te hostem collocaremus,sed ut subsidiũ uicinum haberemus, non idcirco maiores tuos modo ab alienis oppugnatos,modo a suis eiectos excepimus, desperantesque rebus suis confirmauimus, tantisque sumptibus,et periculis domum restituimus, ut nos texerit aliquando sola Francię fortuna in tanto discrimine,non maiorum tuorum indignas cędes, uel cum nostro maximo periculo ulti sumus.non tuis maioribus a nostro iure sępe deficientibus siue facinoris,siue erroris culpam sępe remisimus,ut tu ne fortunę quidem culpaz

noſtris remitteres,ut pęnam de beneficiis noſtris repeteres,ut miſericordiam nobis obiicere aliquando uideri poſſes.qui toties pepercerimus.quod niſi feciſſemus,hic captiuus non haberetur. iam ne uides Cęſar, quorſum pertineat iſtorum deliberatio.qui dum uehementius felicitatem tuam contendunt augere ex huius infelicitate,non modo in uiuentium,et poſterorum, ſed etiaȝ in mortuorum,at quorum?quanta uirtute hominuȝ, atqȝ adeo in parentis tui reprehenſionem te obiiciunt.qui ſi reuiuiſceret,clamaret fili cede huius fortunę.enim uero ipſius parens meę ceſſit, et mihi ineunti dotalia regna, quę ego hęreditaria tibi reliqui omnibus modis fauit, meque honorificentiſſimo apparatu,et magnificentiſſimo hoſpitio in ſuas ſedes omneis,quas uolui, libentiſſime ſemper accepit,ſimiliterqȝ, ut ſi proprius filius eſſeȝ, ſumma charitate complexus eſt, et omnibus regiis muneribus cumulatum ſanctiſſima fide dimiſit, ſed tanto ſtudio,ut prope me ſuis humeris in Hiſpaniam portarit, et reportarit.omitto alia permulta,et maxima, quibus, quoties uolui poſt quam cępit, nunquam ille non modo me,ſed ne te quideȝ pupilluȝ proſequi deſtitit.quamuis non deerant tum,qui ei dicerent,metuendum eſſe ne contra ſe,et ſuos firmaret opes, tamen propter nullum metum abiecit honeſtum.certauit autem cum rege Gallorum Regina neue minus comis, neue magnifica minus uideretur in matrem tuam, quam rex in me fuerat. quare ſi aduentu meo in Galliam paſſim patefacti carceres,ſi tota Gallia facinoroſis ſcelerum, et flagitiorum uenia data,ne huius non modo generum ſed etiam ſi gener non eſſet cognatione,et in regnum ſucceſſione proximum,qui pugnam non ſcelus commiſit,carcere uindice ſcelerum clauſum diu teneri patiare,ſed potius in huiuſce parentis luctu,et lachrimis te mei parentis commemoratio in filium mitiget,et memoria hoſpitij.quod quam habeat uim,quique et quam multi,quam pręſtantes,quam clari uiri eam coluerint,ſibique quam ampliſ

ſimum,et pulcherrimuꝫ duxerint ab hoſpitibus iniurias propulſare,eorumque ſalutem,et fortunaꝫ tueri equideꝫ commemorarem , niſi mihi dubium non eſſet. quin quandoque tu tum permultos legeris, tum aliquoties audieris de Glauco,et Diomede.quoꝝ in media acie infeſtis haſtis inter ſe incurrentium recognita auiti hoſpitij ueteri neceſſitudine,uterque ab altero manum abſtinuit,et ius hoſpitii muneribus,et donis illico confirmauit,et poſtea cum alter alteri occurreret,uterque declinauit alterum.valeat igitur dextra,quam parens tuus huius parenti hoſpes hoſpiti porrexit, ualeat ius hoſpitii, quod in officijs apud maiores cognationi,atque affinitati anteponebatur.neque enim ſi illi qui hoſpitium inſtituerunt mortui ſunt,ideo eorū morte memoria impediri debet,quominus proximis retineatur. ualeat ſocietas,quę tibi cum hoc ipſo aliquando fuit.ſi pręſertim tibi conſcius es ad capeſſendas Hiſpanias tibi fuiſſe pręſidio huius ſocietateꝫ,et teſtatam publicis ſcriptis denunciationem eiuſdem,qui in iſta ſocietate toti orbi profitebatur id, quod pręſtaturus erat, ſe tibi omnibus copijs auxiliaturum,ſi ſub mortem Ferdinandi,qui proximus ante te Hiſpanię rex fuit,aliquę ſeditiones commouerentur, quę ſi maiores non fuerunt, nempe idcirco non fuerunt, quia coniunctus cum hoc ipſo eſſes. ac ſi nullę omnino futurę fuiſſent, tamen quoniam non in eos ſolum grati eſſe debemus, a quibus beneficium accepimus,uerumetiaꝫ in eos,a quibus accipere potuimus, illius ſocietatis uoluntas grata tibi uideri debet,quanto gratior, ſi pręter uolūtateꝫ exiſtimas id,quod pleriqꝫ exiſtimant,huius ipſius ſocietatem ad ſummam utilitatem potius tibi,quam ad minimam fraudem ualuiſſe. ſi etiam intelligis ſempiternos fructus tibi ex hac ſocietate remanſiſſe.ſi contra nihil pręter damna huic reliqui feciſſe iſtam ſocietatē, quę quemadmodū omniū principum gratiam tibi cōciliauit,quod et ętate et ſtatu adhuc infirmus eſſes,ita huic et corpore,et fortuna iam tū con

firmato

firmato inuidiam cęterorũ omnium principũ contraxit,profecto nunquã ferre posses,ut huic taꝫ iniqua merces istius societatis redderetur,ne hic non perfidię, non improbitatis,sed fidei,et ꝓbitatis in socios pęnas iufferre uideretur. qui acerba tyrãni martis iura abs te paterētur,cũ ipse quidẽ te tua regna,et regia iura constituere,et sancire non modo ꝓmisisset,sed etiã fauisset.qui si non generoso.si non probo animo fuisset, nunquam in sinu societatis suę tuaꝫ adolescentiaꝫ crescere, et res tuas confirmari permisisset,ut deinde cum bene robusto , et parato pugnaret officii necessitate, magisquaꝫ uoluntate adductus tuendi illa,quę maximus tuus fautor,et tutor Ludouicus huius socer aliquando defenderat,et retinuerat etiam approbante Imperatore Auo tuo , et ita adductus,ut non reliquerit amicitiam tuaꝫ,sed relictas possessiones,a suis maioribus secutus fuerit.neqꝫ quod speraret nouam prędam, sed quod desperaret ueterum possessionum iura retinere,tibi repugnarit. fortasse dicent tui hęc quę dixi beneficia beneficijs fuisse dissoluta,aut vetustate, aut inuirijs subsecutis obscurata , aut non tanta esse.primo repugnare nec debeo , nec volo, ne siquidem maxime possim,immo et libenter, et facile cedam,atqꝫ adeo fauebo , ut nisi prętermissis omnibus bonis sola mala in captiuum tui colligissent , ego quę commemoraui siue officia,siue beneficia nõ modo pręteriissem,sed tantum tua,et tuorum quęcunque in francos inuenissem beneficia commemorasseꝫ , non nescius naturale esse omnibus mortalibus, ut uel sua , uel suorum maiorum beneficia libentius tueantur , augeant, quam perceptis gratiam referant. itaque per me opponant licet,quanta maxima et poterunt,et uolent, nihil enim reluctabor.simul enim,quo magis beneficia beneficijs absoluere conabuntur , eo magis alligabunt , et quo plura opponent,eo plus te cum rege component,e qui tibi non modo ob francorum erga te,et tuos beneficia sed etiam ob tua,et tuorum in francos beneficia

tuendus erit.nolles enim cum et maximis sumptibus,et periculis uel minima tua beneficia tueri soleas tot,tantaque,et tam illustria beneficia obscurare,quorum quáuis antiquis nonnullis.nihil antiquitas nocere debet, cum iniuriarum mortalis,beneficioru3 immortalis memoria esse debeat.cum ipse obliuisci nec possis,nec velis,propter quę sempiternam memoriam sis adeptus,cũ etiam beneficiorum non perenniu3 iniquum sit memoriam tempore et die definire.At iniurię subsecutę fuerunt,fuerint,et fuerint graues. num igitur grauiores? quam tot,tantaq3 beneficia.num hęc obscurata Hispanis uideri debent? per quę tu ipse eluces inter omneis mortaleis.Nam ut omittam alia,nisi Franci Hispanias liberassent,nisi Imperium excitassent, nisi Italiam erexissent,non te tam pręclarum sydus haberet,neq3 tantos animos,atq3 vires habuisset Hispania adhunc capiẽdum.At hic aliquando nocuit.et quide3 sępe proderit. non afferam iam iniuriarum ultro, citroq3, illatarum communem debere obliuionem.ne illud quide3 dica3, par esse iniurias beneficiis compensari non modo humanarum gentium,sed etiam instituto barbaroru3 Persarum,apud quos institutum,et lex fuit,si quis haberet malam causam non condemnabatur, priusquam inter se collatis eius recte, et praue factis inuenissent peiora uincere. Ac plane iniuria3 facienti lex ignoscebat,si beneficia antecessissent.Pręteribo etiam illud,iniurias dubias esse,beneficia uero certa.omittam infinita alia,quę quamquam sunt maxima,tamen sint hic nulla , fuerint iniurię Francorum,et quidem maiores,quam Hispanorum.Tamen christiani non esset in tanto discrimine,et periculo tanti viri iniurias obiicere.Aut si aliquorum esset,magnanimi quidem certe regis non est iniurias recordari in calamitosos homines,pręsertim cum beneficia remunerari,quam ulcisci iniurias,magis regiu3 fit, magisq3 necessarium.cum magnanimum non iniurias uindicantem oporteat,sed benefacientem maiorem ex

sistere eo, qui iniuriam intulerit. Hoc enim uirtutis est, vltio autem potentię. quid si ne potentię quidē? quid si impotentię etiam? quid si animi angusti. quid si etiā pusilli vltio est, quę quia speciem gaudii, et quęstus prę se ferat. gratia autem sustinere onus grauis officii videatur. ideo illā pusillanimi uehementius persequuntur, quam magnanimi. qui se cum non deberent gratiā persoluisse. quam cum persoluere deberent non persoluisse celebrari malunt, non nescii, neq; eos qui aliis iniuriam intulerunt, neq; qui vlciscendi pertinacia superare contenderūt commendari solere, sed qui illatam iniuriā equo animo, uel certe forti tulisse videntur, quam qui ferunt, cum mansuetudine morum, ac facilitate, tū prudentia, atq; animi magnitudine, eo magis pręstant, quod in re parua cedentes maximis rebus, et pulcherrimis longe superant. Athenienses, ut ex infinitis eos potissimum nominem, Thebanis post victoriam leutricā lacedęmonios delere pergentibus se opposuerunt, illosq; seruarunt, non recordātes iniuriarū, quas permultas acceperant ab iis, quos seruabant. similiter postquā classis Atheniensium periisset multis volentibus Athenas funditus perdere, lacedęmonii quamuis tum Atheniensiū hostes essent, decreuerunt Athenas seruare propter uirtutem maiorum, qui authores communis libertatis fuissent. eadē ratio eas ipsas conseruandi fuit multis post seculis syllę, & Cęsari. Iā uero huius maiores, ita uirtute excelluerunt, ut si hic nihil omnino excelleret, tamen illis condonandus uideretur. Ita is uirtute pręstat, ut si eius nullę maiorum fuissent uirtutes, neq; ulla beneficia, certe nemini dubium est, quin quę omnibus videtur tibi quoq; debeat uideri maxime luctuosa, afflicta et prostrata huius uirtus. Quem fortem, uerum non ita felicem, ut hunc casum euitare potuerit, nemo considerat, cui quamuis hic bello captus sit tamen propter uirtutem uideatur capi non debuisse, non quod in prelio pugnantem capi turpe sit. Nam id nisi forti & co

minus pugnanti accidere non poteſt,ſed quod acerbio rem caſum ſubierit,quam ipſius virtus meruiſſe videatur.te uero quem eundem habet teſtem, ⁊ ſpectatorem ſuę uirtutis,et fortunę iure mouere debet,q haud quaquam ſane ignores,non quicquam quod ad pręſtanteȝ regem conſtituendum opus ſit, huius uirtuti defuiſſe, pręter fortunam,quę ſi huic ſępe aduerſata eſt,ut tibi faueret,non hic ob fortunę culpaȝ abs te tam ſeuere mulctandus eſt,propter quam ſit potius tua humanitate dignus.ſed fortuna,quę nihil ſincera fide dare ſolet, caſtiganda cum tua voluntate,ac iudicio,tum veteri exemplo pręſtantiſſimorum regum,qui eam nimium ſecundaȝ optarunt aliqua clade rependi,aut ipſi pro clade humanitatem rependerunt etiaȝ immanibus hoſtibus, nō modo humanis,cuiuſmodi hic ſemper fuit, cuius pręterea uirtus infelix iure te commouere poteſt,⁊ debet,nō ignorantem illius uirtuteȝ iniquitate,et perfidia eorū, quos aluerat,auxerat,armauerat,exercuerat, ſtipendiis diu affecerat ſuperatam fuiſſe,non minus quaȝ viribus tuis,neqȝ ſoluȝ prudentia tua quauis ſis pręſtantiſſima, ſed etiā temeritate ſiue errore,ſiue inuidia cęteroꝝ principū.qui cuȝ uirtute,et potentia pares eſſetis,tamē apud illos diſpari fuiſtis inuidia,ſiue quod huius uirtutē non modo opinione, et coniectura,ſed etiam oculis,et manu pręſentem deprehenderant.tuam uero, quam nunc perſpicuam admirantur,et timent, per ętateȝ tuaȝ nondum uiderant,ſed tantum aut audiuerant, aut futuram ſperabant,et quam nondum experti erant,abiectiorem falſo credebant.ex quo factum eſt,ut minorem reliquorum principum inuidiam ſenſeris.quod natura fieri ſolet,ut quemadmodum uirtuti auditu cognitę non tantopere,quam uiſu perſpectę,ita pręſenti magis quam futurę inuideatur.illa enim ut longinqua, ut incerta minus ab inuidia uidetur.ſiue quod regi magnanimo, ac liberali regni Gallici iamdudum celebratę uires,atque opes, inuidiam auxerunt: contra tuę potentię uires,

quod nondum ita ualde cognitę essent, effecerunt, ut omnes principes propensiores in te habueris. quorum inuidia ut robustis fine uiribus tuis irrita fuisset, ita tu, nisi illorum importunitate impulsus, adiutus ad hunc frangendum fuisses, aliquanto minus, quam quantum illatum est mali, ei inferre cogitasses, optasses, uoluisses, effecisses. quorsu hęc? dixerit quis, ut recognita huius fortuna, tua agnoscas, ut caueas, ut hinc hoc colligas, quod si huiusce uirtus, et fortuna etiam eos, qui hunc per hosce annos uitio inuidię ita depresserunt, ut non putem quemquam unquam maiores pęnas suorum sce lerum dedisse, quam hunc suarum uirtutum, usq; eo cõ mouere potest, ut ipsum iam quam maxime, atque quas mox excitandum abs te deposcant, atq; ipsi releuare, et recreare conentur, quanto magis tę cõmouere debet, qui non uitio, sed uirtute uirtutem depresisti, qui scis nec rem, nec causam naturę tuę repugnare. tu enim hu manus, magnanimus, eum liberabis, qui, unus maxime et est, et semper fuit ea animi magnitudine, quam noui sti, ea humanitate, ut cu; humanis humanitatem addide rit, tum eandem nunquam hostibus detraxerit. nihil igi tur te magnanimũ tãtopere mouere debet, quã magnus animus accipientis. habet enim hoc magnitudo animi, et uis uirtutis, ut uel in hoste posita plusquam hostis opes moueat uiros fortes. qui humani non sunt precii gratia, et mercedis, sed tum sui, tum hostilis animi ma gnitudine quę quoties, et quam sępe dici breuiter non potest, in satisfactione; cesserit hostibus, et quam multi humaniores multo extiterint in hostes, qui cõtra se, for titer pugnassent, quã qui supplices humilesq; sibi cessis sent. populus romanus fortissimas, et maximas natiões ui armorũ victas, et captas iussit liberas esse, cum serui rent, antequam cum romanis bellarent. Xerxes themi stoclem hostem grauissimum non modo non multauit, uerumetiam lampsacum myuntem, magnesiam, mega ra dedisse uidetur, non tam spe, quã ostendebat Xerxi

Grecos subditurum,neq; enim Xerxes sperasset suę patrię proditorem sibi fidum fore,quam animi magnitudine. cuius statuam euersam cum uideret Alexander, utrum inquit ob expeditionem in Gręciam,an ob magnitudine; animi te excitem?ita; porro magnitudo animi uel apud hostem efficax est, ut fortitudinis quę eius pars est,ingenua professio etiam uictis,et captis se profitentibus nulla alia de causa pugnasse,quam quod se existimassent fortiores hostibus esse,simul et libertatem,et regna ab hostibus recuperarit.hic et si nihil tale profitetur,tamen secundum te quem belli euentus ostendit esse fortissimum,cum fortiorem expertus sis neminem,illum tractare debes,non minus regie quam Alexander porum, qui ex eo,quod intellexisset Alexandrum animi magnitudine cęteris antecellere,existimauit, si suppliciter,demisseq; cederet fore,ut ille se humile; seruu;. sin armis contra procederet,generosum regem iudicaret,eiq; admirandus, potius quam miserandus uideretur.quod quemadmodum existimauerat, ita accidit.se ipsum enim talem prębtanti, qualem cogitauerat, vno eodemq; die omnia amissa, et remissa fuerunt. huic si minus amissa attamen ea,quibus pręlij exitus pepercit, incolumia retinere per te liceat,cum magnitudine animi nihilo sis Alexandro inferior,atque multo pietate superior. neq; captiuus tuus Poro sit uirtute minor, et pietate multo maior. Porus fugiens captus est, et capti animum adeo fregit calamitas,ut nec cibum capere,nec uiuere uellet.quem tamen incolumem Alexander animo et libenti,et ęquo in regnum suu; remisit ob honorem uirtutis.hunc autem,quem tenes,ut non fugiente;, sed insequentem longius,et fortiter morti se obiicientem milites tui ceperunt sic statim captu;, non abiectu;, atque humilem uiderunt.neque postea ignauiter carceris ęrumnas ferentem senserunt,ut plerosque reges simili fortuna perculsos usq; eo legimus abiecisse animum, ut superiori fortuna, quę sola cadentibus non aufer-

tur,indigni uiderentur.hic ex fastigio maximi regni in tantam humilitatem depressus se ipso maximo minor non fuit, non splendore superioris fortunę humilius, non animo suo,Francicaque maiestate quicquam fecit, aut dixit indignum,sed ut grauis dux fortunę permutationibus exercitus,habitum oris, et vultus retinuit grauem,moderatuз,paremque regię dignitatis, ut captiuuз incultum , etiam si regem ignorares,tamen a natura liberum, et magnum virum,et magno regno dignuз iudicares,et eū qui potius moreretur,quaзistā acciperet conditionem. nec iam hęc inuidiosa uideri timeo , sed etiā tibi grata fore spero, cui suffragor cum captiuum tuum laudo neqз enim tua tanta,tamqз illustris uirtus uideretur , si non magna uirtute pręditum regem cepisses , et eum, qui non recusaret turpem conditionem accipere, nisi forte Achillem putamus sempiternam laudem assequi potuisse si non immortali uirtute Hectorem superasset,qui si nulla uirtute esset , sicut est maxima , ad te quidem certe pertinet ipsum talem uideri,ut nullam turpem conditionem accipere uelit.quo circa quando uirtus cadentium magnam habet reuerentię partem etiam apud hostes,sicut ignauia etiam in summa fortuna contemptum,quando ea est uirtutis uis,ut uel eius ruina sępe suos excitare potuerit per eos,qui eaз edidissent,quādo magnanimi est aduersarium ingenio,uirtute pręstantem nobilitare, excitare, amplificare,prorsusqз saluum et honestum uelle, ecquando tibi quidem quisquaз persuadeat?ut imposita intolerabili conditione iacentem uirtutem opprimas,ut obscures, ut apud te homineз maximi animi minus loci habeat uirtutis charitas ad restinguendas iniurias , quam contentionis odium ad inflāmandas.quę si grauissimę fuissent,tamen prę necessitudinibus,quę uobis inter uos intercedunt , leues quiuis putet.qui secum reputabit quis captiuum tenet,natura immanis aliquis?et fęrus?nihil minus.natione barbarus?ne id quidem,alienus?nihil propinquius, impiuз

aliquis?minime.quis igitur?is ipse, qui et est, et semper fuit maxime pius,quem tenet?regem immanem?impius, longinquum?immo eum, qui pius, qui humanus, qui propinquus est,cum possessionum finibus, tum uero necessitudinum affinitatibus,et cognationibus. enimuero non lydorum aut mysorum, sed uicinorum proximorum,omnium rerum comercio cum tuis coniunctorum Gallorum liberaturus es regem,socerum tuum.cuius filię mors,ut tibi generi nomen ademerit, istius tamen necessitudinis charitatem retineas, captiui soceri fortuna admonet,et simul cęterarum omnium, quę tibi cum eodem intercedunt necessitudinum recorderis, ut planius scire possis,quid tot necessitudinibus donare debeas,quarum pondus grauissimum si tui vnius iudicij,uel solo momento examines, liberati sumus.tanta enim inter uos sacrorum est nominum coniunctio, ut exorare debeat, qui prior rogauerit. tempore certe hic uincit,qui prior infelix esse cępit. etenim cum sitis ambo ex eadem francorum stirpe,utriusq; uestrum sanguis, idem existimandus est, quem quis tibi persuadere queat,ut deseras apud te periclitantem.quando tu quidem non es pietate ullis usquam inferior regibus, quis sis usquequaq; religione superior etiam regum domino populo romano.qui cum in omnibus periculis satis iustam causam tuendi sanguinis coniunctionem existimaret, cum non istis tot, tantisque necessitudinibus, sed exigua necessitudine, exiliq; communione generis cum Gręcis coniunctus esset,tamen bis Gręciam in libertatem uindicauit.primo cum maximis laboribus,et periculis ex grauissima Tyrannide eripuit, ⁊ subductis romanis pręsidijs liberam, immunemque esse uoluit deinde longo interuallo cum libertatem,quam domesticis seditionibus eadem amiserat ipsi restituit.nos nō petimus,ut procul alicunde huius libertatem augeas, aut ab aliquo rege barbaro usurpatam uindices, sed ne periclitantem apud te negligas. qui si apud alium ca-

ptiuus

ptiuus haberetur, te huius periculi deceret non modo deprecatorē esse sed etiam socium. similiter Grēci quoniam eadem se cum romanis cognatione cōiunctos existimarent, ipsam et uerborum commemoratione, et multorum officiorum usurpatione recognouerunt, et magnos fructus suē necessitudinis populo romano tulerunt. Alexander epirota, et deinceps demetrius captiuos prēdones, quamuis communes hosteis omnium gentium romanis remittentes dixerunt se dono eis corpora dare propter illam, quam cum Grēcis haberent cognationem. itemq3 romani iniquum existimantes alienos sua felicitate frui, suos uero excludi, segestanis, quos quia Eneas extorris profugiens a Troia segesta3 in Sicilia condidisset, ideo secum cognatione cōiunctos arbitrati maximos agros, atq3 optimos concesserunt, eosdemq3 immunes esse iusserunt. iidemque quod prēstanstantius ducerent de suis opibus detrahere, quam ex infelicitate suoru3 crescere, et quod metuerent, ne omniū communes hostes, quia suorum essent, haberentur. deuicto Antiocho ilienses a se simul uictos omni uerborū, rerumq3 honore prosecuti sunt. illis enim quasi romanē gentis authoribus uectigal antea pendentibus immunitatem dederunt, et nouis agris auxerunt. eadem Dardanu3 liberandi causa fuit. Similiter multis seculis post sylla ilienses libertate donauit. eisdemq3 Claudius Cēsar tributa imperpetuum remisit recitata uetere epistola senatus populo romano seleuco amicitiam, et societatem ita demum pollicentis, si suos consanguineos ilienses ab omni munere immunes prēstaret. Nero sexdecim annos natus facunda oratione impetrauit, ut ij omni publico munere exsoluerentur. neque solis iliensibus hoc ipsum prēstiterunt, sed illis quoq3 qui in ipsos beneficij fuissent, è quibus fuerunt acarnanes, qui quod soli quondam contra Troianos auxilia Grēcis non tulissent, idcirco eos liberos esse uoluerunt, eosq3 Leucade, et Anactorio donarunt, quoniam auctorem originis

Eneam ad acarnanis oras diuertentē portu, hospitioqȝ benigne accepissent. neqȝ tantum suę cognationis, sed aliorum quoqȝ qui suam cognationem tueri studerēt rationem diligenter habuerunt. expugnato Aristoni- co rege massilienses pro phocensibus progenitoribus, quorum vrbem, ⁊ omne nomen senatus deleri iusserat, quod antiochi bello infesta contra populum romanuȝ arma tulissent, legatos romam miserunt, culpęqȝ ueniā iis à senatu impetrarunt, et ager, quem ante belluȝ possi derant restitutus est, et ut legibus antiquis vteretur per- missum. sed quid alii permulti propter cognationem fe cerint prętereo. hoc tantum dicam, si romani nationem barbaram in alio orbe habitantem lingua, moribus dī siunctam propter cognationem non ita valde certam, et uetustate dubiaȝ toties liberarunt, nunqui te acerbio rem, quam natura tua ferat facere nituntur, illud effice re poterunt? ut uicinę proximę, certissimę, nobilissimę cognationis plurima uincula mutes in uincula vnius carceris, et indissolubilis redēptionis rem profecto, quā tu tua sponte semper iudicares indignam non solum à tua summa humanitate, uerumetiam ab immanitate fe raruȝ. inter quas naturę affectus sacri, et salui sunt. neqȝ eniȝ tale quicquaȝ agunt, sed suis proprijs periculis san guinem suum redimunt. omitto hic quę negligenda nō est diuinam iustitiam speculatricem, ac uindiceȝ, quę ad cognatum sanguinem vlciscendum hac lege uti tradi- tur, vt quod quisqȝ in illum commiserit, idipsum neces sario patiatur. ad hanc cognationem adde tot necessitu dines, non dico iam illas communes quamquaȝ perma- gnas ad reconciliandum, quod constetis, quod alamini eisdem elementis, quod mortales sitis, quod mortaliuȝ rerum participes, quod perquam facile commutabiliuȝ fortunarum, et perturbationuȝ, cęterorumque vitę ac cidentium consortes, quorum omnium societatem neu ter fugere potest. sed quod sitis eiusdeȝ ciuitatis, non so lum quomodo stoici dicunt, qui mundum censent qua

si communem urbem,⁊ ciuitatem hominum, et unumquenq; nostrum huius mundi esse partem,et ciuem cu; humano genere quasi ciuili iure sociatum, sed magis etia; quomodo romani,et christiani intelligunt uestrũ uterq; ciuis alterius est.nã cu; Imperatoꝝ constitutione constet orbem romanum uniuersum romanę ciuitatis ciuem factum esse.recte uniuersos christianos ciues romanos dicere possumus,qui nõ modo nõ ab illius institutis,et legibus defecerint,sed etiam eius iure tot per secula sociati fuerint romanis disciplinis,institutis, legibus,romano sermone,romano administrandę reipublicę ritu utentes,⁊ constantius,et fixius romanum ius ciuile seruantes,quam romani olim,qui cotidie leges figebant,et refigebant,idque per uim,et contra religionẽ. christiani uero sine ui,uoluntate sua,ac iudicio romanę ciuitatis mores,instituta,leges sciuerunt, perscripserunt,sanxerunt,atq; ad diuinam mentem legum fonte; direxerunt,quid aliud esse debent quam ciues, et quidẽ coniunctiores,quam qui aut toga cincti,aut muris vnũ in locum coacti fuerunt,neq; enim toga facit romanũ ciuem,sed animus,consilium,fides,grauitas, cura. neq; muri faciunt ciuitatem,sed multitudo hominum iure sociata.neq; si diu roma permansit oppressa dissensionibus,et bellis,idcirco itali,Hispani,Galli illius ciuitatis ius amiserunt.Quod inuitus amittere nemo potest, et nisi ipse author sit factus, sed uero illi ipsi authores facti non sunt,etiam romanę ciuitatis leges, instituta, mores,iura colere perseuerarunt.et vero etiam barbaros ipsos,qui romanum imperium euerterant, ad ea colenda traduxerunt,et romani nominis dignitatem, et Imperii authoritatem, quam romani ciues sępe perdiderunt,nonnunquam restituerunt,et sępe seruarunt,et romanarum artium,disciplinarum, institutorum, legum monumenta vicina ad pereundum iampridem ab interitu vindicarunt,et iam nunc tanto studio ad ea instauranda,restituẽdaq; incũbunt,ut illa ipsa nunquã ta; ho

ſtili animo barbari perdere conati ſint.ut ſi ciues roma
nę ciuitatis nunquã fuiſſent facti,profecto iure,ac me
rito faciendi eſſent.hic iã multa prętereo,quę non prę
terirē,ſi verba facerem ad alium,quam te,cui quę iã an
te dixi minus quã mihi dubia uideri debent.cuius ſit ſi
ad te pertinet romanũ quoqꝫ Imperium,non ſolũ ger
manicum,hęc ipſa ſi cęteris dubia uiderentur,perſpicua
facere,et perſuadere Chriſtianos omnes ciues eſſe roma
nę ciuitatis,quę pręſertim ſit fatalis ad imperandum,ut
non ſolum quondam orbis terrę Imperium pepererit,
aluerit,auxerit,ſtabilierit,uerumetiam in hunc dieꝫ,uel
unum illius nomen poſſit Chriſtianum Imperiuꝫ exor
diri,ac ipſi pertexere ſummum apicem.nam quis Impera
tor habetur, niſi prius romanorum rex ſit appellatus,
niſi deniqꝫ ſummam coronam acceperit a romano no
mine,quod vnum ſi auguſtam facere poteſt Imperij ma
ieſtatem,quanto tandem tum auguſtiorē faciet ſi roma
nam ciuitatem non tantuꝫ ueteris iuris nomina, ſed reꝫ
ipſam quoqꝫ retinere uelis, uelle autem exiſtimabere,ſi
hunc non ut peregrinuꝫ,ſed ut ciuem romanuꝫ tractes,
ſi non exemplo tuo comprobes Romaꝫ non modo Im
perium,uerumetiam ſuos ciues amiſiſſe.ſed quid refert,
ſitis ne romanę an alterius,ſi ſitis,ſicut eſtis eiuſdem ci
uitatis? quę iure tenetur maximę coniunctionis. quid
ad rem intereſt, conſilium, cętumque Chriſtianorum,
utrum ciuitatem,an eccleſiam appellemus,ſi arctiore iu
ris uinculo,et ſanctiore cõiuncti eſtis,quam romani ci
ues,quibus non idem ſenſus de deo non eadem ratio de
animo hominis.uos religione cõgruitis, et conſentitis
de deo, in quem conſenſio ut maxime coniunctioneꝫ,
concordiam,pacem conſtituit inter eos, quibus dei ne
gotia ſunt cordi,ita non eſt quicquam, quod tam aut
concipiat inter uiuos,aut infundat in poſteros odia,ſe
ditiones,diſcordias, quam diſſenſio de deo. Romanis
ciuitatem ſine ſcelere mutare licebat, et ſua uoluntate,
ac iudicio indemnati,atqꝫ incolumes Roma relicta ſe

ad ſcribendos in alias ciuitates ſine noxa curare poterant. uos utrique ueſtrum communem ciuitatem ſine ſcelere mutare non poteſtis, uobiſque etiam inuitis in ueſtra ciuitate manendum eſt, eamque ſine noxa ſempiterna relinquere non poteſtis. illorum ciuitas mortalis erat, ueſtra eſt immortalis. ſed quod argumentū firmioris ciuitatis quęrimus, quam ne mutari quidem poſſe? quod certioris coniunctionis? quā ne diſiungi quidē poſſe non modo iure, ac iudicio, ſed ne uoluntate quidem atque affectione, non dico, quod ſanguinis propinquitate, quę tamen ſine impietate uiolari non poteſt, ſed quod alijs maximis neceſſitudinibus cōiuncti eſtis, quarum plurimę ita ſacrę, ita ſanctę ſunt, ut non modo eas uiolare, ſed ne optare quidem liceat. neq; fas ſit. etenim cum in ſacerdotij collegio mos maiorum uetaret ſacerdotem amicitiam uiolare non modo fas eſſe, ſed ne optare quidem licere, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus, tum profecto uobis minus licet, cū tantis nominibus tot ſanctiorum collegę ſitis neceſſitudinum, quas non modo veſtra uoluntas extra pugnam, ſed ne uis quidem in pugna uiolare, neque debet, neque ſolet. ita enim maiores ueſtri de agris diſſenſerunt, ut idem de multis alijs rebus ſentirent, ita uos diſſenſiſtis, ut et maximę et plurimę neceſſitudines tum tibi cum captiuo nunc permaneant incolumes, tum antea ſemper etiam in diſſenſione hoſtili conſentientes manſerint. quid igitur alicubi has diſcindere aliquando tentatis? quę ne diſſui quidem uſquam vnquā poſſint, quid in conditionibus pacis diſtrahere pergitis, quę nunquam inter uos diuiſę fuerunt, ne tum quidem cum armis diſſidebatis. quid hunc tam acerbe mulctare paras? quem ita mulctare turpe cuilibet eſſet, tibi etiam deliberaſſe. quid diſſidetis? qui ſeparari non poteſtis. quid inſani martis impia iura inter uos exercere conamini? inter quos ne ciuile quidem diſſidium diu eſſe poſſit niſi impiū. cum ſitis non modo ciues, ſed cohęredes, vnius corporis mem-

bra,participes eorundem oraculoꝝ,misteriorũ,deniq; omnium promissorum Dei,eodẽ sanguine redempti,eadem lustratione sacrę ablutionis illustrati, eodem diuino spiritu afflati,conserui commilitones,ab vno deo facti,ab vno homine orti,quid aliud esse debetis,quam fratres,et quidem coniunctiores qui spiritu, quam qui corpore. ac quoniam parit beneuolentiam communis spes tanquam quoddã numen inter multos conspirãs, ambo ab ineunte ętate in spem uenistis in illam ęternã domum uos esse peruenturos,illicq; simul sempiternã uitam victuros. Sic eo sociorum fidelissimos esse,et maxime necessarios,qui eundem hostem habent, communes habetis hostes,tot reges barbaros. quod ipsum vehemens stimulus est ad reconciliandum,ut etiam diffidentes odio penitus insito,et quasi natura interse disiunctos coniungat,ut ferarum discordias mitiget. huius ergo soluti prospicere debes,quoniam quidem auita, patria,et plane sempiterna societas tibi sit tum salutis,tũ periculi cũ illo societas contra barbaros,contra quos coniunctissimo animo semper fuistis,etiam cum armis inter uos pugnabatis,et quoniã idem mores,eadẽ lingua etiam a barbaris expetitur. iisdem moribus, eadem lingua utimini,cuius commercio etiam apud barbaros in rebus supplicio dignis inhiberi crudelitas sępe potest. Pręterea ambo orti in gallia. ambo generosi animi magnitudine, cęterisq; regiis uirtutibus ꝓpinquiores, quam rari fratres. eadem habetis monumenta maiorũ, ambo maximi reges plurimarum gentium institutis, legibus,religione,usu,re,ratione,omni deniq; cõmercio coniunctarum,vt indignum sit inter tot concordantes discordare duos. ad tot necessitudines accedit maximum illud uinculum reipublicę christianę,cui qui cõsulunt cum omnes omnibus charissimi esse debent,tum tibi multo chariores cuius,quia ad salutem communẽ tuendam Imperium constitutum est, idcirco tibi cum francis,quorum uirtute,et respublica christiana sępe ser

uata est,et christiani Imperii dignitas aucta, et retenta fuit,magnum est uinculum,ut si omnino sanguinis cognatio non esset,tamen cognati essetis.quę nam potest esse proprior cognatio?quę certior?quam societas reipublicę christianę,in qua usq; ab antiquissima stirpe vestrum utriusq; cognationes, affinitates, necessitudines omnes continentur.cuius quidem bene administrandę reipublicę principem locum,quez vobis decreuit cō sensus omnium christianorum,tanquam ius quoddam hęreditarium mutua charitate complecti,tueri, seruare perpetuo uos oportet. quę denique certior cognatio? quam tot necessitudines officiis,uetustate, fide, periculis confirmatę,tot similitudines uirtutuz.cur igitur qui propter dignitatem tot necessitudinum solus indignus uideris, qui hunc captiuum teneas, non efficis maturæ eius dimissione,ut solus dignus uideare, in cuius unius manus hic incideret propter tuam humanitatez.cuz plurimis et maximis haud quaquaz dissociabilibus coniunctionibus sociati, ambo corpus coniunctum sitis. cur tenes captiuum membrum tuuz?neq; enim hunc tenere potes, quin tu quoq; captiuus sis. idque non solum ex tot,tantisq; uinculis tam pręcipuarum necessitudinuz, neq; modo metu existimationis, quę ne lędatur huius carcere, uereri debes,perinde ac si in huius ipsius custodiam omnis tua laus, omnis officij ratio conclusa esset, sed uinculis etiam communis sortis, quę custodiendum hunc tibi commisit, eadem te custodit te quidem uinculo aureo, et laxo, huncuero astricto,et ferreo.sed quid refert eadem custodit ambos,captusque es etiam, qui regem cępisti,si fortunę cogitaueris tantundem in te licere. cur alterum Christiani corporis oculum oppressum tenes?pręsertim cum nihil aliud agas,quam si aut manus oppressum teneret oculuz,aut alienuz a se pedem putaret.nonne idipsum esset uniuersi dissolutio?et certa pernicies? cum ciuitatis sitis participes,cur non iuris ciuilis?cuius finis est legitimę,atque

usitatę in rebus, causisque ciuium ęqualitatis conserua tio. deniq; omnium pręcipuarum cum sit inter uos humanarum necessitudinu; communio, cur pręcipue non erit humanitatis? cur non iuris? quod nisi sit commune, nihil est, quod ęquabile inter omnes, atq; vnum omnibus esse possit. cur non beneficiorum? cum tot societates, tot necessitudinum coniunctiones communiones beneficiorum, pręmioru; continere uideantur. cur non beneuolentię, et charitatis? cum sit maxima inter uos consensio tot diuinarum, et humanarum reru; honestarum, quarum cum sit uobis commune et pręcipuum studium, atq; amor, cur non erit amicitię? pręsertim cum tot similitudines, tot ęqualitates fraternę sua natura penitus intima, et extrinsecus sumpta ui et necessitate vos ad amicitiam quasi necessariam impellant. nam ut omittam hunc abs te tot malis oppugnari non posse, nisi repugnes naturę, quę non patitur, ut simile a simili patiatur, profecto non minus inutile uobis aliquando erit, quam turpe has ęquales, et pares necessitudines neglexisse, quarum ponderibus librata uestra utriusque potentia, et amicitia, quę firma est inter pares, et similes, ut consistere potest, sic earum libramento relicto si uestrum alteruter potentiam alterius deprimere conetur, is grauiore potentia deprehendetur non tam diu propendere, quam aliquando perleui fortunę momento suspensus, et incertus pendere inclinatione principum, quorum interest uos esse pares, idcircoq; partem infirmiorem tuentur, potentiore; abijciunt. cuiusce rei quis melior testis, quam tu ipse? qui scis, ut te tanquam pondus in librę lance; imposuerint, seu potius huius potentię opposuerint, non tam ut hanc deprimerent, qua; ipsam ut librarent. quorum si quando spem fefelleris, tum te pręponderari non diu sinet impendens inuidia, quę terrā, quę maria deprimere potest. quo igitur numero numeris omnibus omnium magnarum necessitudinum tecum coniunctum regem pręlio captum habere debes?

debes?serui ne?at qui quemadmodum paulo infra ostē dam,in bello capiuntur ingenuitatem non admittunt, an clientis?at inferiori nomine habere nolles, si tecum perpendas romani nominis consuetudinez, quę seruos etiam barbaros precio paratos appellat clientes,et famī liares, si morem maiorum memineris, qui urbes, et na- tiones etiam barbaras in sempiternam clientelam eo- rum,qui eas cepissent,dedicauit,et constituit in officio pręstando clientes chariores haberi,quaz propinquos, cōtraqz cognatos defendi oportere.qui cuz humili cliē tis nomini summam uim tribuerit, nonne ostendit tot gradus necessitudinum omni cognatione maioruz,qui bus summis et plurimis hic te attingit ad summam hu- manitatem tuam aspirare posse,et debere?quo aspirare possit infimum nomē,quo rex captiuus abs te appellarī debeat,quez si aut sua infima fortuna infra clientis no men abiecisset,quod nondum tamen fecit,aut si inferio ri nomine aliqui habendum putarent,tuum quidez cer te non esset inferiori,quam clientis nomine habere eū, qui tibi aliquando non modo in patroni loco,sed etiā in parentis fuerit.nam ut scis,fuistis cum humana tum diuina coniunctione iuncti necessitudini parentum,ac liberorum proxima.etenim si consuetudo maiorū quę stori pręscribit,ut prętorem loco parentis habeat pro- pter coniunctionez muneris,et sortis quęstoremqz,etiā si maximam iniuriam ā prętore acceperit,tamen pręto- rem sine uituperatione accusare non posse, tuę ęquita tis erit expendere,quo tandē loco hunc habere debeas, nondico modo,quod tuus socer fuit, quod tui natalis soli tot per secula tum ipse,tum ipsius maiores plusquā prętores perpetui fuerunt,idque te agnoscente, et profi tente,et pręstante, sed quod multiplici coniunctione permultarum necessitudinum aliarum arctiorum etiaz nunc coniuncti sitis,quam si natura ipsa eisdem paren- tibus orta uestra corpora coniunxisset, ac multo san- ctiorum,quam illorum. quorum necessitudo popula-

ris fortis,et societas paucorum annorum fuit.uestra di uinę fortis,et uestrę uoluntatis,et iudicii,et plurimorũ seculorum tot nominibus sacra, quam tui si forte dicant aut non tantam esse,aut hostilibus nominibus cõsumptam esse,ego uero quid dicam? an uos natura tot modis coniunctos,tantum opinione,non re ipsa disiũctos fuisse?an hostilia nomina relicta esse in pugna?militię fuisse hęc uulnera,cum pugnaretis. an non modo hostilia nomina calamitatibus esse consumpta? verum etiam veteres necessitudines, quę tum cum pugnabatis cõniuebant,iam nunc naturales,et genuinas exoriri debere?an vero quia,quemadmodum tibi tantum, quantum iucundum,et gratũ fore arbitror, probare studeo, sic tuis nihil admodum reluctari cupio.ideo ne has quidem exoriri debere non modo probare iam omittam, verumetiam concedam,non solum bello,sed etiam belli iure interisse.ꝙ si concedam, id quod an concedere debeam,iam uidero,tum mei iudicij non est,tui ingenij est Carole iudicare,an si uestrarum necessitudinum nomina bello interierunt.Ideo non istarum charitatez retinere debeas?propter Dei hominumqȝ iudicium,quod te aliquando cum rege coniunxerit talibus,et tantis necessitudinibus,quantas diximus.quarum aliquas quãuis bellum ademerit,tamen tui in quaz ingenij est uidere,num possit?num debeat istarum memoriam adimere? quominus tibi honesta et sancta huius persona semper haberi debeat?in hac pręsertim fortuna,quę facit, ut si coniunctus is nunquam tecum fuisset,tamen christiani hominis periculum satis iusta causa necessitudinis tibi uideri debeat.an potius tot uestras necessitudines bello interisse concedere,si maxime uelim,nec debeaz, nec possim.cum pręsertim uideam tecum etiam nunc incarcere coniunctum esse hunc,quicunqȝ est,et ubicunque erit,et quantuluscumqȝ erit semper fore. ut etiam manente,et flagrante discordia belli.illę tamen necessitudines uestrę concordes permanserint.cum etiam audiã

diuinum regem inferiores necessitudines obtestantem, non modo bello, sed ne scelere quidem interire debere. qui iniustum existimauit patronuȝ suum crudelissimũ, inimicum, atqȝ hostem capitalem, insidiatorem tum ulcisceretur, cum ferro, cum omnibus nefarijs insidijs ab ipso appetebatur. Nam inquit quamuis me sceleratissime, atqȝ insidiosissime tractet, tamen in eum non me decet esse talem, tu in regem, qui necessitudinibus arctioribus, atqȝ sanctioribus, quam sanctissimo regi sceleratissimus dominus seu potius tyrannus esse debuit, tecũ in perpetuum coniunctus est, inermem, infelicem ecquã do crudele quippiam constituere uelles? aut deberes? qui non insidijs, sed aperto bello tecum generose pugnauit, qui non scelus, sed bellum fecit, sed et alij fecerunt, qui cum more hominum fecissent tollerabilia passi sunt. is non alienum à consuetudine hominum fecit, si possessiones a maioribus relictas defendere conatus est, si læsus doluit, si pugnauit lacessitus, si ius suum, et dignitatem suam retinere conatus est studio libertatis, propter quam liberos homines à potentioribus deficiẽtes mediocriter puniendos cum sapientes uiri scripserint non ignari naturę humanę, quę ob libertatis studium, quod innatum est omnibus mortalibus, non modo ab aliis deficit, sed etiã à semetipsa secedit, et se quisque sępe fugit. quanto mediocrius hic puniendus, si tibi tot modis similis, et par libertatem à maioribus relictam retinere conatus sit. qui si nulla re lacessitus insignem tibi iniuriam intulisset, tamen cum clementia sit cunctis in similes, cum ignoscere paribus maxime oporteat, tot inter uos paribus, tot similibus, tot eisdem nominibus condonãdus esset. quẽ si iure belli diu tenere, et grauiter mulctare posses, tamen id pie facere non posses, siue quod is parentis numero tibi aliquando fuerit, siue ne tua authoritate, cuius mores, et uerba leges habentur, licentiam uiolandarum tot sanctissimaruȝ necessitudinum comprobare uiderere. Quare quę

nam, te impellere poterunt? ut tu ipse cum tot hominibus sis Dei simulacrum, hunc totidem nominibus simulacrum quoq; Dei captiuum teneas, ut ingenuus ingenuo seruilem conditionem feras, ut cui ingenuitatem detrahere non possis, humanitatem, et libertatem detrahendam putes, num Philosophorum placita? at illis quod ingenuum, id etiam humanum, si uero humanum, certe liberale, mite, quod autem tale, profecto etiam et liberum animo, et corporis libertate dignum esse uidetur. num belli iura? at tot, ac tanta necessitudinum nomina, quę tibi sunt, cum illo quemadmodum omni iure belli non erunt maiora? cum solum ciuitatis nomen, quod amplius uideri queat, si cũ tot arctissimis, tamque penitus intimis uestris necessitudinibus conferatur, maius sit omni iure belli. id quod et ex his, quę iam diximus, satis liquet, et adhuc probare possumus cum ueterum testimonio iuris consultorum, qui inter ciues non bellum, sed dissidium existimari uolunt, et in eo captos liberos permanere, nec ingenuitatem amittere, nec uice hostium haberi debere eorum, inter quos iura postliminiorum sunt, tum etiam recentium iuris consultorum approbatione, qui similiter testantur Christianę ciuitatis ciues non effici seruos capientium, nec ingenuitatem amittere, nec uenundari posse. sed quid ego appello maiorum, et minorum gentium iuris cõsultos? cum iam sane longa, et perpetua consuetudine tot annorum, atq; adeo seculorum uideamus neminem Christianum Christiano seruire, sed ne Turcum quidem Turco, neq; Afrum Afro. qui omnes etiam legibus uetant quęquam religionis, cultusq; eiusdem habere seruos, atq; adeo apud barbaros indos lege olim sancitum fuit, neminem omnino seruum esse habendum. quo magis indignum est, et minus ferendum Christianorum corpora impijs barbaris debitam seruitutem seruire, quorum animus religiosa libertate tam multiplici cum eo cui seruit associatus sit. etenim si omnibus unus, et idem pa

ter est communi,parique iure omnes liberi sumus,qui huius vitę pariter consortes sumus.neq; ob aliam causam fraternum nomen inter nos cõmunicamus, quam quia pares nos esse existimamus. nam ut uaria,ut multiplex sit corporum conditio, tamen cum non corpore,sed spiritu omneis res humanas expendamus, Christiani serui nõ sunt,sed eos existimamus, et appellamus spiritu fratres, religione conseruos. quid igitur bello capti Christiani,si serui non efficiuntur capientiu;,plus quam seruiliter habentur?qui nam serui?si quidem hi liberi?quę mancipia capta, aut empta à barbaris serui nomen tenebunt?si liberi existimari possunt, qui carceris diuturnitate; euadere non possunt,nisi sempiternę seruitutis leges accipiant. nam cum non multum à specie seruientium differre existimentur,etiam non carcere retenti, quibus recedendi facultas non datur, quid non seruitutis habebit tam stricta custodia?quid non desperationis tam exigua spes honestę compositionis?nihilo certior,atq; etiam multo desperatior,quam seruitus seruorum precio emptorum,qui cum laxitate locoru; minus arctam seruitutem seruiant tamen eam ferre non possunt,nisi seruitutẽ propositam habeant.si igitur ingenui remanent,si libertatem non admittunt pręlio capti,cur eos pęnis seruorum afficimus? atq; adeo duriora pati cogimus? quam olim cum nondum seruitus sublata erat,serui pretio parati paterentur.quos prętérquam quod cęlo fruebantur libero, dominorum benignitas à suppliciorum metu vna uindicta liberauit, et iniurijs dominorum in seruos,qui audirent lege constituti sunt,qui sęuitiam, qui libidinem,qui in prębendis ad uictum necessarijs auariciam dominoru; compescerent,qui seruos durius a patronis habitos uenire iuberent,quominus in potestate; dominorum redirent,atq; adeo magistrum in disciplina si seruo damnum intulisset, idque fecisset monendi,et docẽdi causa,tamen contra ius fecisse ueterum instituto constitutum est,et leuis

dumtaxat etiam docenti castigatio permissa. iam uero regem francorum, quem nemo, neq; Christianus, neque barbarus, neq; liber, atq; seruus satis nominare potest, nisi simul et libertatem, et religionem nominet, cuius maiores communiter omnibus etiam seruis precio paratis libertatem pepererunt, à carcere supplicio seruorū, ac nefariorum sceleru; uindice non posse uindicari, ingenti, immensoq; precio, non uirtute, nō dignitate sua, non suorum tot maiorum beneficijs, non tot honesti legibus, non tantis necessitudinibus, equidem haud scio, an non sit infra conditionem ultimoru; seruoru;, ad quos tamen liberandos uel vna ex multis necessitudinibus, quę tibi cum hoc intercedunt satis iusta, et dominorum benignitati, et ęquitati iudicum uidebatur. quibus iusta causa manumissionis erat, si periculo aut uitę, aut infamię dominum serui liberassent, aut si consanguinei essent, aut educatores, aut pędagogi, aut filii alicuius illorum, aut capsarii, aut in prę lio dominū adiuuissent, aut cōtra latrones defendissent, aut sanassent, aut insidias detexissent. omitto alia infinita commemorare merita, quibus simul et patrono, et iudicii honestum, et rectum uidebatur, seruis libertatem dari, quoꝝ siquid par, aut simile, aut idē, aut maius reperiat, uelim meritis huius maiorum, uel in necessitudinibus, quę huic tecum maximę constitutę sunt, cur amplissimo regi claudentur, quę patent humilibus seruis? quos bene de republica meritos cum sępe fuisse permultos non solum libertate, sed ciuitate quoq; publice donatos legamus, cur hac benignitate unos maxime francorum reges exclusos audiemus? qui omnibus meritis tot per secula benemeriti sunt de republica, cur christiani acerbius agent cum hominibus ingenuis, et plane suis ciuibus? quam quonda; longe à nostra religione remotissimi homines egerint cum prę lio captis, alienis, barbaris, seruis, à quibus si redemptionis precium acceperunt, cur acciperent iustiorem causam habuerunt. quod

qui in seruitutem iure belli incurrissent,e seruitute redi merentur.nunc quid redimitur?seruitus? at christianis non solum uetita est,verumetiam sublata.an iuris belli ci officiuz?patimur,sed dumtaxat usqz eo,ne plus obsit, quam mors in bello,ne pro officio seruitus reddatur, cuz qua nulla conditio est non modo regnandi, sed ne uiuendi quidem,sine regno honeste uiuere licet. deniqz ne officium conuertatur in maleficium,aut ius in iniuriam.quod quidem ipsum,qualicunqz nomine redimatur,si modo moderato precio redimatur,non soluz officium,non ius,uerumetiam iniurię priuationez,hic existimabit summum beneficium,seque seruatuz abs te semper profitebitur.sin autem primo diu retineatur carcere desperationis pleno,deinde intollerabili redemptione dimittatur, ut ipse taceat, profecto omnes loquentur hunc non modo beneficio affectum,sed ne iniuria quidem priuatum fuisse,sed potius reseruatum a morte naturę debito,et necessario ęrumnarum perfugio, ad tormentum non debitum, et cum per naturam nefarium, tum per religionem non licitum,iniquius quę cum eo actum esse,quam olim ageretur cum bello captis, qui serui efficiebantur capientium,quibus cum uiuere non libebat mori licebat,ut qui multas, et iustas sibi causas mortem consciscendi tum à Deo concedi arbitrabantur,tum apud homines neqz turpe erat,et pręclaruz etiã habebatur,et concedebatur tanquam homini optimuz in tantis uitę pęnis. quod christianis fędum, et malum habetur,qui tale quid admittere religione non modo vetantur,uerumetiam iubentur uetare alios saluti desperare,pręsertim eos,quos ipsi abiecerint.minus igitur licet captori,quia minus licet captiuo.Quia non tantũ christiano licet suas res considerare,sed etiam illum hosti parcere oportet,ne ipsi acceptum feratur, quod hostis periculo non subuenerit.dubiuz ergo non est, quin multo quam christiani excusatius peccauetint illi ueteres,si quid in captiuos peccauerunt,qui si carcerem rem

desperationis plenam existimassent, simul et suam, et captiui animam agere præcipitem in sempiternum carcerem, & sempiternæ seruitutis uinculis constringere posse, multoquam fuerunt mitiores fuissent, si præsertim id præmii propositum habuissent, quod christiani certissimum habent. quibus quemadmodū hostis periculo subuenientibus Deus promittit sempiternam scelerum, flagitiorumq; omnium ueniam, sempiternam uitam, sempiternum regnum, ita contra non subuenientibus sempiternam mortem, sempiternam priuationem æterni regni, sempiternum carcerem, sempiterna supplicia. Quæ quidem omnia, aut nulla, aut dubia ueteribus uidebantur, quibus nec du; belli iura religione mitigata erant, et à suis diis efferata etiam, et corroborata, neq; modo permissa, sed etiam suasa illis uideri poterant maxime tum, cum deos suos inter se pugnantes legebant, Iouem autem audiebant, quem ipsi optimum existimabant, modo atrocem, et sæuum, modo parricida;, et regni alieni, et paterni ereptorem iure suum patrem tum ligasse, tum castrasse. tum præterea Iunoni uincula filium iniecisse. at uero deus noster seruitutis depulsor, libertatis præses, custos est, et moderator insani, et tyrāni martis, qui captiuorū maxime miseretur ipse, et miserendos hominibus iubet. qui quod in hunc humanitatis contuleris, id ita se accepturu; promittit, ut si in seipsu; cōtulisses, qui cū hunc liberabis, se liberatū iri testatur. qui si apud alium is captiuus teneretur, et per te liberaretur, istud tuum munus humanum diuina religione consecratu; vult, quiq; non modo homini ope; ferre iubet, sed etia; pecudi, quæ in foueam ceciderit, aut aberrauerit. illam enim nos lex extrahere, et reducere iubet. cuius pia fata hunc tibi captiuum non dederunt, ut uiam illa; impia; inuenirent, per quam cognato sanguine pararentur Imperia, neq; ut tot, et tam grauia mala, quæ diximus euentura ex huius ipsius carcere seminarētur, qui seminator malorum non est, sed ut sementem quam mali homines

fecerunt,

fecerunt,tolleret.neqȝ ut bella ex bellis sereret, qui author pacis est,qui tot,tantaqȝ bona, quę ab ipso accepisti,ideo non tibi dedit,ut ista huic uni nocerent, sed ut omnibus prodessent,,neqȝ ut ipse solus fortunę bonis ditesceres,sed ut et pietate, et uirtute cresceres, et pietatem aduersus deum augeres,cum hunc ista ingenti mulctatione non diminues.neqȝ ut odia ingrauescerent,sed ut leuarentur,et funditus tollerentur,is eius uoluntate, cuius solius ductu homines uere amici fiunt, similis ad te similesȝ adductus est,ut inter vestrũ utrunque remotis utrinque interpellatoribus, qui vestras seditiones tot annos genuerunt,aluerũt amicitia non modo animis, et cogitatione,sed etiã sensibus sempiterna cõprehẽderetur.quę quia aliquorum peruersitate firmari non poterat, nisi aliquid accideret alterutri, quo alterius humanitatem experiri posset.idcirco tuę pietatis est interpretari diuina sorte huic obtigisse necessitateȝ,qua vna hic experiri habeat necesse causas,quamobreȝ uere amicum iudicare te tum maxime posset, cum descendes ad eius infelicitatem, ad quam qui descendat, non facile quisquam inuenitur, pręterquam perfecte amicus. tum tu causam quoqȝ, et occasionem haberes constituendę, et sanciendę tantę,ac tam necessarię amicitię. sine qua nec tot mala pręterita sanari, nec futura prohiberi poterant.quocirca neqȝ tam diu tenere,neqȝ tam multum hunc mulctare potes, quam quorundam consilium postulat cupidius,quam aut tua moderatio, aut uestrę necessitudines patiantur, ob quas non modo tot arctas, tamqȝ penitus intimas,quas dixi,sed uel ob illam vnaȝ Christianę ciuitatis amplam coniunctionem hunc liberari postulat cum hominum communis humanitas,tuȝ profecto propria dei institutio, qua utraqȝ non solum tantum ciuem, tam aut longo carcere tenere, aut taȝ intolerabili ratione affligere vetaris,uerumetiam iuberis ubicunqȝ terrarum minimus ciuium tuorum periclitetur opitulari,si potes.ad id quę etiam arctiore sanctis-

fimę religionis obligatus es sacramento, quam illo so lonis astricti athenienses fuerunt, qui cum aut consilia rii, aut aduocati in publicum consilium cooptarentur, iurabant se neq; orationem habituros, neq; sententiam dicturos contra aliquē ciuem, ut conijceretur in carce rem, aut quam romani ciues illo sacratissimo Romanę ciuitatis iure, quod inuiolatum corpus omniu; ciuiu; Romanoru;, eorumdemq; integrum ius libertatis iu bebat esse oportere. quod in quocunq; ciue, et ubicūq; terrarum, et gentium uiolatu; esset, optimi ciues roma ni statuerunt id pertinere ad communem causam liber tatis, et dignitatis. quorum quidem, quis unqua; aut au diuit, aut legit solam illam uocem ciuis romanus suu; multis ignotis, obscuris hominibus inter vltimos bar baros opem, salutemq; tulisse, quin is arbitretur, et spe ret hanc uocem christianus ciuis tuus suum, et rex tot tuorum ciuium apud te ciuem, humanum, primum tutorem, et patronum Christianę ciuitatis plurimum esse ualituram, cuiusquide; ius non modo regi christia no eripere non debes, sed ne arabibus quidem, neq; iu dęis, neque turcis petentibus negare potes, etiam si illi non modo infestissimis armis, sed omnibus nefarijs sce leribus, et flagitijs sacram hanc ciuitatem insectati fuis sent. itemq; quis aliquando intellexit etiam maximos Imperatores tanti fecisse nomen uel ciuitatis fragilis, ut eorum aliqui ne uictorię quidem adeptione amissio nem ciuis compensanda; putarint, alii uictorię opinio nem, quam ciuium corpora inhumata relinquere ma luerint, quin is ipse te existimet cum possis, uelle, et debe re unius ciuis salute uniuersam ciuitatem christianam sepultam excitare, et plurimas de barbaris assequi uicto rias. quis meminit optimum illum more; maiorum, qui quemadmodum ei qui ciuem conseruasset summu; ho norem decernebat, sic nullum qui uictoriam ex bello ciuili peperisset, et qui sine lucri spe ciuem conseruare iubebat sola ciuica data, quis inquam hunc morem me

minit?quin exemplo tuo tollendum existimet erroreȝ, quem nescio qui superiores reges nomine christiani re ipsa tyranni commiserunt.qui adeo omnia sacra profa na fecerunt,ut meritum uideri uoluerint non occidisse ciuem.Quorum siue barbaries,siue temporum inscitia tanta fuit,ut insani martis tyrannica iura,quę religio nis iure mitigare debebāt,usqȝ eo efferarint, ut ea in ar ctiores,atque interiores necessitudines includere ausi sint,quam olim cum illa ipsa nondū nostra pietate mo derata erant,ueteres a nostra religione remoti incluse rint.qui quemadmodum iam ante dixi,illa non solum ab intimis vestris necessitudinibus,sed a ciuitatis nomi ne excluserunt,cum latini homines,qui iura,et leges cō scripserunt, et qui bellici officii pręcepta tradiderunt, tum uel maxime gręci illi,qui quasi genuerunt,et alue runt rationem,ac moderationem uitę, humanitatem, doctrinam iura,leges.qui ipsa uenire noluerunt ne in illam quidem immensam societatem Gręcę nationis, qui sapienter pręceperunt gręcos licet Imperijs,licet le gibus inter se differrent,tamen debere in eam rationeȝ conuenire,ut gręcorum generi parcerent, ut gręcuȝ ne minem,neqȝ captiuum uenderent,neqȝ seruum facerēt, ut potius cęteris gręcis similiter faciendum esse consu lerent.quoniaȝ hoc modo acriores,ac fortiores in bar baros existerent. Atqȝ etiam hac nota bellum a seditio ne distinxerunt,ut inter Gręcos seditionem inter bar baros bellum appellarent. tum gręcos omnes propin quos,et cognatos esse inter se iudicarunt.quoties con tra aut barbaros gręci,aut contra gręcos barbari pu gnarent,bellum eos gerere affirmarunt,et hostes esse na tura.cum uero gręci cum gręcis pugnarent,existimarūt eos quidem natura amicos esse,sed morbo laborare, et seditionibus agitari.Itaqȝ tanquam aliquando recon ciliandos debere et pia sententia, et temperato animo inter se seditiones,et discordias exercere,non autē usqȝ ad pernicem incumbere, cuiusmodi humanitatis ratio

non modo informata est a sapientissimis uiris, qui prę-cepta, institutaque iuris bellici conscripserunt, uerum etiaꝫ usurpata ab optimis principibus populis. alio eniꝫ modo Athenienses cum barbaris, alio cuꝫ gręcis pugnādum existimabant, contra barbaros omnibus uiribus, contra gręcos uictoria tenus. qui sibi libertatis cōmunis authoribus cum cęteros omnes gręcos bellum inferentes superassent, eorumqꝫ duces cepissent, humaniter dimiserunt existimantes cum hominibus lingua, et natione coniunctis moderate agendum. Mitto alios permultos commemorare, qui similiter fecerunt, ut callicratida, qui cum hostes cepisset sociis captiuos vendendos arbitrantibus dixit se imperante Gręcorum vendi passurum neminem, postridie omnes liberos dimisit. romani itidem uel egerunt uel agendū esse etiam conscriptis institutis sanxerunt aliter cū barbaris, atqꝫ immanibus, aliter cū illis, q nec crudeles in bello, nec immanes fuissent cuꝫ illis bellum usque ad neceꝫ esse exercenduꝫ, cum his de strenua uirtute certare oportere. cū celtiberis, cum cimbris, sic bella gesserunt, ut cum barbaris. cuꝫ hernicis, sabinis, uoscis, ęquis, ut cum uicinis, ut cum humanis. atqꝫ adeo barbari, quos nobis obijciūt perseos, iugurthas acerbe a romanis habitos, non acerbe habiti sunt prędę cupiditate, sed illorū odio crudelitatis. Perseum enim ita retinuerunt, ut agros, urbesqꝫ illius non occuparint, sed ut parricidam, ut crudeliter ingratuꝫ punirent. eo enim capto macedones, illyricos, et galatas liberos esse iusserunt. bellum contra Iugurtham susceperunt, ut regnum, quod ille parricidio occupauerat, restituerent ei, ad quem iure pertinebat. atqꝫ hęc non dico illos ut purgem, sed ut ostendam aliquot superiores christianos acerbiores fuisse in uicinos proximos, humanos, quam olim romanus populus fuerit in barbaros, longinquos, in quos iure fortasse acerbus esse poterat. quem enim inhumanitas delectat, is capitalis hostis est communis hominum naturę, qui quia se se ultro eiecę-

rit ex communi humanitate, ideo cum eo tanquam cuꝫ hoste communis humanitatis iura non esse seruanda, sed ex numero hominum exterminandus romano populo uideri potuit, qui uero humani sunt, et cōmunia iura gentium seruant sine scelere excludi a portu, et pro fugio communis humanitatis non possunt, cuius participes nunquā esse desiterunt, quibus qui negat cōmune ius humanitatis, is hostis est omniū, et gētes omnes lędit quarū omniū interest iura omniū cōmunia seruari. quę qui nō obseruant si iusti perduelles, cur pirate non sunt ex perduellium numero? at multi Gręci, et latini contra fecerunt, at ita multi fecerunt, ut neminem humanum, pium, innocentem contra fecisse sim monstraturus, si prius aliquot monstrauero, qui gratis captiuos liberarunt. quorum ninus primus mihi occurit, is primus assyriorum rex Barꝫanem armenię regem pręlio captum simul et liberum dimisit, et regnum ei reddidit. Apries uictus in amasis ęgyptiorum Regis potestatem uiuus uenit, abductusque in urbem, ubi amasis erat, summo in honore est habitus, quos barbaros, si hostibus suis recte humanitatem gratuitaꝫ pręstitisse concesseris, sicut profecto concedes, qui iam tibi humanissimo licebit eiusmodi humanitatem huic negare, cuius mores, et subditi inhumani non sunt, etiam sunt hostes inhumanitatis. Adadus syroruꝫ rex duobus, et triginta regibus socijs sibi adiunctis cuꝫ Achabo Samarię rege commisit pręlium, a quo cum esset uictus, et captus, ab eodem excitatus, incurrumque sublatus honorifice est appellatus, et multis muneribus large, effuseqꝫ donatus suis est incolumibus fortunis redditus. pari humanitate Ptolomeus ęgipti rex usus est, qui ne, si humanitatis officia utilitate metiretur, aberraret a iustitia. Achei regis patrē, queꝫ in uinculis habebat, dimisit nullo accepto precio. Babyloniorum rex Manasseꝫ iudęorum regem captiuum domum remisit incolumem. Phraotes parthorum rex Hircanum iudęorum regem pręlio captum cuꝫ

summo loco natum esse intellexisset de uinculis exemit,eiq3 Babylonem ad habitandu3 concessit,ut ibide3 maxima iudęorum frequentia recrearetur, et tanquam sacerdotum princeps, et rex honoraretur. Epaminundas ubi vnum de scutatis militibus suis grandem intellexisset pecuniam exegisse ex homine captiuo,redde mihi,inquit scutum,tibi ipsi patriq3 tuo cauponam eme. Philippus Athamanes a se captos, quod liberaliter, et commode habuisset,ex eo Athamaniam est consecutus. Regis enim benignitatem captiui popularibus suis prędicantes effecerunt,ut cuncta Athamania subijci uoluerit sub Philippi Imperiu3. apud que3 tanti momenti uirtus fuit,ut uel ea captiuorum contumeliosa satis ualuerit ad obtinendam libertatem. Demades enim Cheronensi prelio captus ad comprimendam ferocitatem recentis victorię, qua Philippus illius prelij, quod cum atheniensibus commiserat,insolenter efferebatur,ausus est fortiter dicere,non te pudet Rex Thersitem agere,cũ tibi Agamemnonis personam fortuna imposuerit,cuius libertatem non modo moderate ille tulit,sed uehementer eum admiratus nulla redemptione facta honorifice habitu3 vna et reddidit patrię,et athenienses quot quot ad Cheroneam capti fuissent, duo enim milia fuerant capta,Demadis reprehensione adductus nullo precio missos fecit.omitto eius in alios humanitatem,cum ea,quanta fuerit intelligi satis possit ex ipsius comparatione cu3 filio,quo ut fuerit,sicut fuit multo minor fortuna,certe multo traditur fuisse humanior,quam humanissimus filius, cui tamen tantum studium non fuit uel capiendi,uel tuendi Ga3as illas persicas, tot millibus talentum nobiles,quas̃ mille camelis circumferebat,qua3 ut agrestes,et barbaras nationes humanitate comprehéderet,et quas armis superasset uictas esse non peniteret. qui ut magnus fuerit fortuna,profecto maior fuit illo in Porum facinore,quem potentissimum regem trecentis fere urbibus Imperantem superatum, ⁊ captum, qui

modo infestissimo Acinace Alexandri latus appetierat repente seruauit,& saucium recreauit,et ei non modo regnum reddidit,sed etiam amplius,quam antea possedisset,addidit magis regium existimans addere,quam detrahere nullo beneficio prouocatus.remuneratus enim sic fuisset,sed ut liberalitatem tantum exerceret, tanquam animi magnitudinem non aliter,quaȝ hoc modo ostendere posset, cui se iterum capere illum posse,si is dimissus belluȝ renouaret,causa confidendi fuit humanitas, prę qua retinenda id,quod apud Persas capitale fuit,salutare fecit, cum humanitatem in gregarium militem exercere suę maiestatis magnitudine maius duxit. ille qui non cuiusquam hominum uiribus,sed naturę humanę, fortunęque cedebat, et qui fortunę pęnitere se, quam uictorię malebat.qua moderatione,et benignitatis fama magis,quam armis regnum ab angulo Thracię ad littus incogniti maris propagauit,qui cuȝ habere regna existimaret fortunę esse munera,uirtutem auteȝ regna dare,multis magna regna aut dedit, aut reddidit. perdificile ut sit ad existimandum ipsius utra insignior ad laudem fuerit belli gloria,an liberalitatis et clementię.ita enim cum humanitate eius fortitudo certauit,ut fortior,an humanior in hostes exstiterit existimare nō facile quisquam queat.magnuȝ item eiusdem exempluȝ humanitatis Darij mater,quę post Darium uiuere sustinuisset,Alexandro superesse noluit. cuius unius barbarę precibus,cum ille plurimis hostibus pepercerit, quid nos sperare debemus Ludouicę singulari humanitate feminę.huius parentis,eiusdemqȝ germanę sororis, ac potius pietate in fratrem parentis,sanctitate prestantissimę Margaritę deprecationem apud te maxima religione regem ponderis habituram esse. nonne si minus, quam illius apud Alexandrum, attamen tantum, ut moueare, si non filij periculo, at huius parentis lachrime te in memoriam parentum tuorum reuocent, in quos pius eris,cum istorum recordatione, atqȝ indulgentia com-

motus huic parenti reddideris filium, cum indignuȝ du xeris parentis lachrimis oppugnare filium, qui tecuȝ tot annos alacri uirtute, atqȝ armis pugnauerit. quid ego pręterea commemorem captiuas, quas duxit uxores, ut hoc sacro fœdere omne discrimen uicti, et uictoris tolleret. quid Oxoatreȝ Darij fratré? qui ab illo est seruatus, et receptus in cohortem amicorum, antiquę nobilitatis habita ratione, quid Scytas? quos quomodo forti manu cepit, sic magno animo omnes gratis dimisit, ut cum fortissimis nationibus de fortitudine sibi ostenderet non de precio certamen esse. quid sopithen regeȝ? qui se, et suum regnuȝ a benigno uictore obtinuit. quid taxillem indorum regem? quem et incolumem reliquit, et regem armis, quam munificentia uinci minus turpe existimans, pręter aureas coronas octaginta signati argenti milia talentum donata remisit, et mille alia adiecit, tum multa aurea uasa, et plurimam Persicam uesteȝ. quid Sogdianoruȝ triginta nobilissimos sine precio dimissos? quid alios permultos infestissimos hostes, quos habuit ita humaniter, ut is qui pręcipue humamanitatem coleret, ita liberaliter, ut magnanimus, ita gratis, ut is, qui beneficia fœnerari nõ soleret. quid statuas a Xerxe Persarum rege captas? quas uicta perfide athenienſibus remisit. cum igitur barbaros, longinquos hostes, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alię leges alia sacra, alij prope dij essent. quibus cum inexpiabile bellum gerendum, etiam docti Gręcię existimarunt Alexandruȝ cõmuni humanitate adductũ liberasse legimus, effuseqȝ donasse, male singularem animi tui indolem exploratam haberemus, nisi tandem dubitare desineremus, te diu ferre non posse captiuum regem, tum finibus, tum affinitatibus propinquum tuum, tum omnibus sacris necessitudinibus tecuȝ coniunctuȝ. similiter sane et humanus et liberalis Philadelphus Ptolomeus non modo captiuorum plusquam centum milia liberari, sed etiaȝ sua pecunia liberari uoluit. eniȝ

uero

vero ne contra milites, qui eos cepissent facere uiderentur, sapienti usus cõsilio de suo ęrrario redemptos gratuito dimisit. Methocum Alcibiadis filium Phœnices captum miserunt ad Darium se magnam sperantes inituros gratiam, quod huius pater in Darium perfidus extitisset, ac pręter Phœnicum spem Methoco etiam inspe ranti libertatem reddidit, eiusdemq; dignitateʒ permultis muneribus ornauit. spartiates ille Agesilaus cuʒ omne in captiuos humanitatis officium conseruare, tum uero milites illud admonere sępe solebat, ne improbe eos tractarent, ac potius humana imbecillitate admoniti recordarētur eos, qui in bello offendissent, homines esse. quę una admonitio non minus ornamenti Agesilao affert, quam multi triumphi afferre potuissent, is q̃ quãdo castra mouebat, si qui captiui a militibus relinquebantur certos homines constituebat, qui eos exciperent, ne ex interuentu ferrarum, neue inopia perirent. cuiuscemodi humanitatis Pyrrhus quoq; non minus, quam rei militaris peritus, cuius quidem certe peritissimus fuit, magnum captiuorum numerum vltro romanis reddidit, ut cuius bellicam fortitudinem cognouissent, eiusdem etiam cognoscerent liberalitateʒ, quos romani grato animo acceperunt, et totidem restituerunt. adeo tum de laudis gloria augenda, non minus quam de propagandis agroruʒ finibus certabatur, cuius in hostem humanitas tanta semper fuit, ut propter huius memoriam romani immemores vtilitatum, dignitatis splẽdore ducti euʒ, qui ultro bellum intulerat, et hostem, et victorem męnibus iam appropinquanteʒ admonuerũt, a ueneno ut caueret. cum enim magnum dedecus, et flagitium arbitrati sunt, eum, qui cum laudis certamen esset scelere, non uirtute superare. tum vero ipsum illum esse uoluerunt, et communis exempli causa, et fidei, et ut esset, quem armis uincere possent. queʒ propter ipsius probitatem, nec uiuum odisse, nec mortuuʒ omni genere monimentorum in cęlum satis efferre potuerunt, eũ

generosum,et nobilem hostem appellantes, ut romanę gentis iudiciuȝ de hostis mansuetudine pręstantius sit, quam regnum Eacidarum,et quam pręstantissimę eorũdem uictorię.ea enim fortunę fuerunt munera.at tantę humanitatis splendore illustratum esse,pręsertim ab illustrissimis hostibus non cum maximis fortunę muneribus confero,sed generosi regis proprium, et diuinum donum existimo.adiungam romanis Scytham Dromichetem,regione quidem longinquuȝ,uerum tamen animi indole,ac cõtinentię romanis illis antiquis uicinuȝ proximum.is getarum rex Thrax, et barbarus, et idem non opulentus,uerum tamen humanus,cũ Lysimachũ regem pręlio cepisset,eiqȝ sicut alij magnifice iactare,atque ostentare opes solent,sic ipse suam,suorumqȝ paupertatem moderate ostendisset,seqȝ ea contentum affirmasset,illum continuo liberauit,et simul ex rerum facultate,quas habebat,muneribus affecit, libertatisque donationi,ac muneribus salutare adiunxit consilium, ne post hac bellum gerere uellet cum his, quibus ex uictis vtilitatem percipere non posset,sed potius eiusmodi hominibus amicis uti mallet.cuius quando considero magnitudinem animi non ab humanitate fuisse abductam paupertate,quę etiam homines imbelles ad audendum,atqȝ ad inferendam iniuriam concitare solet, quando item cogito romani populi in Pyrrhum humanitatem non omisisse id, quod erat honestum propter res aduersas,et necessitateȝ,quibus duobus malis homines ut magis ad uiolandum commune ius humanitatis adducuntur,ita minus uituperantur,quam qui se secũda fortuna uinci patiuntur.quando inquam hęc considero de populo romano,et Dromichete,tũ de te quoqȝ optima sperare incipio,queȝ nec natura quo minus hic liberetur,nec res aduersę impediunt. tua enim fortuna secundior est,quam ut per regii carceris angustias tibi properandum sit ad spem maioris amplitudinis,et potentia manifestior,et amplior,quaȝ ut ex hominibus te

cuꝫ tot nominibus coniunctiſſimi diminutione creſcere tibi ſit neceſſe.fortunę autem neqꝫ ętas,neqꝫ ętati uires,neqꝫ uiribus conſilium,neqꝫ animus gerendis honeſtioribus rebus deeſt.ut ſaluum,et honeſtum hunc uelle debeas uel ob fortunam tuam, quę huius humanitatis gratiaꝫ ſibi deberi putat.quę pręter plurima,et maxima munera, quę tibi conceſſit, nunc quod ad felicitatem tuam pertinere magnopere arbitror,facultatem tibi dedit,ut erga uirum affinem,ac potentiſſimum quondam, ę nobiliſſimum,regem tuam humanitatem, ac liberalitatem declarare poſſis.de quibus plura non dicam, quã ut qua facilitate intelligendi ita rem ſe habere ſine me cognoſcis,eadeꝫ audiendi mecũ recognoſcas reliquos, quos aliquot pergo commemorare,non omnes enumerare,nam id mihi inſtitutum non eſt,et infinitum eſſet, quorum ex numero unus eſt antigonus, is et minime barbarus,et idem etiã barbarorum hoſtis Helenum Pyrrhi filium cum Epirotis in poteſtatem ſuam redactum ſordida ueſte ad ſe adductum priore cultu reſtituto in Epirum remiſit,pari humanitate in cęteros pyrrhi amicos uſus Antigoni aui ſui,et Demetrij patris fortunam magis recordatus, quam quod a Pyrrho bello laceſſitus, et regno Macedonię non modo expulſus eſſet, ſed etiam in urbem argos incluſus iam tum obſideretur, cum Helenus patris comes, et ſocius in Antigoni poteſtatem uenit. Caſſander cum athenienſes ad ſalaminem nauali pręlio uiciſſet, captiuos non modo uiolauit, ſed ne eos quidem ullo graui precio offendit. Etenim nullum ob illos liberandos precium accepit,niſi laudem,et fidem humanitatis, qua adducti ſalaminij ſe in eius fidem tradiderunt. Ptolomeus cum pręlium difficile commiſiſſet cum demetrio, huicque maximam cladem intuliſſet,nam pręter capta hominuꝫ octomilia pręter cęſas copias demetrij, amiſſaqꝫ eiuſdem caſtra,magnam eſt uictoriam adeptus,ſed moderationis gloriam maiorem ex eo, quod amicos demetrij

simul cum et suis rebus, et additis muneribus dimisit, ipsiq; demetrio priuatum omne instrumentuз, familiamque reddidit, indignuз existimans, quem prelio uicisset, non etiam humanitate uincere, et liberlitate. ad quā uerba addidit plena humanitatis, non de omnibus, sed de strenua uirtute, et dignitatis laude certare magnos uiros oportere, se non propter predam, sed propter dignitatem suscepisse belluз, quo munere affectus demetrius precatus est a diis immortalibus, vt ad tantam referendam gratiam, sibi facultatem darent. id quod postea dederunt. nam cum cillem exercitus ducem Ptolomei cepisset, magnam quoque cepit voluptatem, non tam ex opima preda hostium, quos fortiter cepisset, quam quod benigne eos accipere posset, ⁊ quod facultatem haberet ad persoluendam Ptolomeo gratiam. itaque cillem vna cum amicis Ptolomei non solum remisit Ptolomeo, verumetiam sine mora, ⁊ sine precio libenter remisit. neque vero hoc munere ad remunerandum Ptolomeum contentus fuit, sed altera pugna cum sexaginta naues, omnem regium comitatum, ingentem pecuniam, ⁊ bellicum apparatum cepisset, victoriam per se nobilem nobiliorem fecit. Leontichum Ptolomei filium, ⁊ fratrem Menelaum, atque illius amicos cum priuati instrumenti ministerio gratis reddidit Ptolomeo, vt plane liqueat non odio eos, sed laudis gloria incensos donis, ⁊ muneribus inter se contendisse in bellis faciendis, ea que tum honestius gessisse, quam nunc amicitie colantur. qui amice inimicitias exercuisse videri possunt, si cum acerbitate inimicitiarum nostre etatis conferantur. neque modo Demetrius in Ptolomeum gratus fuit, sed etiam gratis per multos alios liberauit nullo beneficio prouocatus. Pisidem Thespium potentem, ⁊ rerum gestarum gloria clarum hostem nihilo hostilius, atq; etiam multo amicius, quā plerique amicos habuit, ita liberaliter, ⁊ ita commode dimisit, vt aliquem intimum amicum. quid

eiusdem in cęteros viuos cómemorem humanitatem, cum etiam in pictos homines maxima fuisse humanitate constet, qui ne tabulam corrumperet, in qua Ialyssus pictus erat, occasionem maluit victorię corrumpere, quam non parcere picturę in ea parte Rhodi, quam obsidebat positę, vnde solam poterat vrbem capere.is vero post maximas res terra,marique pręclare gestas siue cómuni, incertoque euentu belli, siue vt brutus existimat fato quodam viros iustos iniusti perdunt, a Seleucho captus suę benignitatis fructum cósecutus fuisset, nisi Seleuchus ijs, quos in consilio habebat peruersus fuisset. primo enim sua sponte tabernaculum, ꝛ simul alia ample, magnificeque non aliter, vt si is incolumi fortuna fuisset, instrui, ꝛ parari iusserat, atque statim Apollonidem cum magna caterua longe ei obuiam miserat. at quemadmodum? nempe vt non modo exitij solatio, sed etiam salutis, ꝛ libertatis spe recrearet, omnique humanitate, quam honorificentissime acciperet, suoque nomine hortaretur magna spe ad se hominem amicissimum veniret, ecce autem repente scelesti quidam occasionem nacti ad peruertendam Seleuci liberalitatem, misericordiam, vt sępe fit, in metú conuerterunt Seleucho consulentes, vt ne tam pręclarum, ꝛ maxime sapientię virum in conspectum suú venire pateretur, ne suos purpuratos humanitate, ꝛ comitate, quibus Demetrius maxime excellebat, sibi conciliaret. ita quę nihil tale expectantem Demetrium in Syrię Cheronesum Duci,ibidemq; asseruari maximaq; omnium rerum humanitate haberi seleucus iussit.at tametsi cum cęteris in rebus quam maxime regie, tum maxima custodu; humanitate haberetur, tum et frequenter uenaretur,et ęquitaret, multoq; labore corpus exerceret,suisq; intimis,et necessariis uteretur, qui illum sępissime uisebant, semperq; plena humanitatis mandata afferebant,quibus ipsum hortabantur bono animo esset,et optima speraret a Seleuco,quem affirmabant An

tiochi,et Stratonicę aduentum expectare,quorum gratia liberam illi quamprimum fore abeundi potestatem, tamen hęc seleuci humanitas non plus ualuit,quaȝ carcer,quam conuersio fortunę.itaqȝ demetrius diuturnę custodię affectus incidit in egritudineȝ, ex qua interiit. cuius interitus in omnem orbem terrarum peruagatus seleucum in omnem orbem terrarum peruagatus seleucum in summam crudelitatis inuidiam, odiumqȝ adduxit.quem inhumanum cum omnes nationes existimarunt,accusaruntqȝ uehementer,tum profecto se ipse demetrius maxime incusauit,et maximum cepit dolorem, quod liberandi regem rerum gestarum gloria clarum iam sibi potestas erepta esset.;cuius in cōmemoratione non ita multus fuissem,nisi sane non tam ex ueteribus monumentis exemplum antiquitatis plenuȝ tibi me proponere putarem,quam subiectam uestrum utriusqȝ sub omnium aspectum fortunam auribus inculcare ad te admonenduȝ ut si is similiter, atqȝ demetrius custodijs firmioribus si arctioribus locoruȝ angustiis asseruatur, quam antequam in Hispaniaȝ uenisset, ei ostendebatur, tamen eadem qua demetrius humanitate habeatur.etenim si grauiter reprehenditur seleucus impius,quamuis non modo demetrio solatiuȝ afferret,sed ita humanuȝ, et liberale afferret,ut demetrii langorem plurima locorum laxitate,maxima spe leuare conaretur,quemadmodum tibi maxime pio concedetur?si arctissimis custodijs,si propositis ante oculos grauissimis exitus conditionibus hunc abijciendum putaueris.quēmadmodum dolorem,si quid grauius huic acciderit,ferre poteris?nōne ita?ut ille acerbe . nonne eo acerbius?quo magis in media es genitus humanitate , atqȝ institutus. iam uero Arsacidi parthorum regi barbaro,lingua,ꝛ natione,neque tamen nō humanitate prędito cum bellum intulisset demetrius,et cum multis conflictibus idem uictor extitisset, idemqȝ repente circumuentus amisso Exercitu captus esset,vsque adeo arsaciles uictorię ferocitati mo

derari potuit,ut non solum demetrium pro dignitate fortunę acceperit,uerum filiam etiam ipsi dederit,ut et pudorem uicto,⁊ sibi uictori superbiam hoc modo detraheret.rege parthorum crudelior omnium Tyránorum crudelissimus Alexander fereus Pelopidam bello captum, quanquam cotidie Pelopide omnibus contumelijs uexabatur,tamen e carcere dimisit.Herodes non ita crudelis,sed tamen crudelis communi naturę sensu adductus tyrios captos donis liberaliter prosecutus dimisit incolumes.et erit quisquam?qui diffidat regé plurima temperatum humanitate non facile,et libenter liberandum esse abs te rege ad omnem humanitatem nato,instituto.etenim cum barbari,qui libidine magisquá ratione feruntur,qui crudelitate vsque eo procedunt, quoad potestate pręstát,acerrimos hostes bello captos, musarú cultores ob musarum reuerentiaз incolumeis dimiserint,et quęcunque contra se moliti fuissent,musis condonarint,cum etiam permulti captiui canendis vnius poętę uersibus gentem controuersam natura ad consentiendam suam libertateз sedare potuerint, nego me dubitare posse, quin si tantum humanitate excellis, quátum profecto iam usqз a prima ętate excellere existimaris,tibi antiquum sit, et sanctum regis nomen. qui pręter cęteras regias uirtutes, quibus egregie excellit, etiam diligenter omnium artium disciplinas et colit,et in seruitutem indignam abiectas dignis,⁊ magnis excitat premiis,easqз per se humanas,et liberales, humaniores,et liberaliores facere usqз eo perrexerat,ut spes esset non minus humanitatis, et libertatis ipsas esse ab illo accepturas,quam illę ipsę uel ab scriptoribus accipere, uel lectoribus afferre solent. cum lacedęmonii legibus, moribusqз durissimi molliri potuerint in rebus,quę nihil haberent comercii cum musis,ut ad pręlium priusq̃ irent,musis sacrificarent,honesta ut contingeret cómemoratio rebus fortiter gestis,ecquando tu ipse natura, institutoqз mitis obdurescere posses ad liberanduз ho-

minem tum tecum omni magna necessitudine coniun-
ctum?tum miti ingenio,utinam tam miti fato,homineꝫ
inquam eorum hominum,qui musas colunt,⁊ cultoré,
et eundem ipsum musarum participem , et socium,uti-
nā humanarum calamitatuꝫ expertem,ut facinus,quod
lucem tuis rebus pręclare gestis afferre debet,caliginem
offundat.quam quidem spero ex indole animi tui te tā
diligenter esse declinaturum,quā porsena omnibus re-
bus te longe inferior probitatis lumen appetiuit,cuꝫ et
hostem, et insidiatorem uitę suę,qui locum sibi relictū
non modo ad libertatem,sed ne ad uitam quidem fece-
rat,generose dimisit incolumem . propter quam animi
magnitudinem huius nomen romani celebrarunt lite-
ris,et memoria sempiterna . cuiusmodi humanitatis nō
expertem Romulum romani Imperii creatorem idcir-
co ex captiua parente tum ortum, tum diu seruum habi
tum arbitror diuino quodam admonitu,ut romani Im
peratores ex uinculis suorum incunabulorum recorda
rentur alienis humaniter esse consulendum. quoruꝫ ip
sorum memoriam religiose colens Romulus hostes ui
ctos non in seruituteꝫ abduxit,sed si qui ex ui subactis,
atqꝫ adeo captis Romę habitare uellent,eos ciuitatis,⁊
reipublicę participes fecit.qua humanitate fundauit Im
perium,et auxit.cuius exemplo posteri nunquam inter
miserunt liberare hostes, neqꝫ modo cuꝫ aliquot natio
nibus,sed cum omnibus gentibus ciuitatem communi-
care magna animi magnitudine , qua parui duxerunt
hostes uincere armis,nisi eosdeꝫ etiam beneficentia,atqꝫ
humanitate uincerent.quorum ego de humanitate plu
ra hic proferrem,nisi multa heri dixissem,⁊ dicaꝫ paulo
post quam illorum nōnullos insigniores huc adiunxe
ro.quoruꝫ uirtute,humanitate,mansuetudine princeps
facile omnium Scipio Africanus fuit,is summus,et cla-
rissimus uir minime inscius exercitus Imperatorem
non minus ab humanitate,quam ab artibus bellicis in-
structum esse oportere,et ideꝫ etiam egregie intelligens
cum

eum,qui uni moderetur uictorię,iterum,et Sępius uincere,Hispaniensi bello captos primum vniuersos ad se humaniter appellauit,nilq3 cogitare timide iussit,cecidisse enim eos sub Imperiū populi Romani,qui beneficiis dandis,quā3 utilitatibus percipiendis hostes costringere,fidelemq3 cum eis societatem coire mallet, quam odiosam seruitutem inferre, postea nec longo interuallo omneis et sine precio dimisit. atq3 etiam noua Charthagine capta obsides,quoru3 erat in ea urbe maximus numerus ciuitatibus restituit.qua ex benignitate singularem humanitatis existimationem cum sibi collegit, tum populo romano multarum gentium animos conciliauit.sed quis nescit?quēadmodum Massinissę nepotem conseruauerit? uerumetiam omnibus rebus ornatum dimiserit?quemadmodum quoque Annibalem uictoria tenus egisse contentus,illius saluti prospexerit, cum is de pugna male pugnata accusaretur a suis ciuibus.cuius quidem quid plura alia humaniter facta cōmemorem,necesse est,cum quiuis colligere possit illum nihil in hostes nisi humanum facere potuisse,qui ea animi indole pręditus esset,ut ditissimis hostibus captis nihilo ditior fuerit.cum non sit quisquam tam sine literis,tam sine auditione ueterū,quin intellexerit Africanum semper uoluisse humanitatis maiora extare monumenta,quam bellicę uirtutis. sed quo alio numine adductum putamus Antiochum illum magnum,ut filium Scipionis bello captum adeo non benigne solum semper ⁊ cōmode habuerit,ut si firma pace cu3 romano populo deuinctus esset,aut priuatim sibi cu3 Scipionibus hospitium intercessisset,uerumetiam celeriter etia3 nullo precio ad patrem ęgrotantem remiserit, quamuis nō ignoraret se hostis ęgritudinem insperato filij aspectu, complexuq3,sicut accidit,esse leuaturum.is enim redditus non minus animo patris iucundus,et gratus,quam corpori salutaris fuit.poterat Antiochus adolescentē reseruare ad incertos belli exitus,ut si quid grauius ac-

cideret,hoc restituēdo sarciretur.at magnificentius du-
xit prętantissimi uiri excellentiam uenerari cum peri-
culo,quam cum salute suas iniurias uindicare. Paulus
ęmilius etiam egregie rationem tenuit humani officij
erga eos,quos superasset.ipsos enim maximis officiis om
ni tempore uitę suę sustentauit,atq; in numero necessa
riorum habuit,et tutatus est,idemq; Perseum exiguo sa
ne interuallo in extremam sortem ex amplissimo regno
depulsum intuens lachrimas tenere non potuit,eique
obuiam cum ornamentis romani Imperii profectus,ip-
sum consolatus est,et pro ipso studiosissime populum
romanum rogauit ille idem qui cum ex omni Mace-
donum Gaza,quę fuit maxima,nihil in domum suā in-
ferre uoluit,significauit nisi multitudini semper ad ui-
tia consentire solitę seruire habuisset necesse,non leua
turum solum Persei calamitatem,sed omnino ornatu
rum fuisse. Gracchus turium regem,quem bello ceperat
una cum filijs liberum dimisit.Sylla cum in potestatem
Marii aduersarij uenisset tutus dimissus est. Scipio ab
exercitu suo proditus, inuiolatus a Sylla est dimissus.
iam uero Pompeii quanta fuerit in legitimum hostem fi
des,ex eo coniicere possumus,quod eam piratę omniū
gentium hostes sanctissimā esse iudicarunt,quanta item
eius humanitas liquet ex iisdem piratis,qui humanę na
turę communes hostes eam summam experti sunt.quo-
rum bello piratico confecto plusquam uiginti milia ca
ptiuorum non uendidit,sed agris,vrbibusque donauit,
mithridaticę pugnę triumphum agens permultos regum
filios,quos captiuos ducebat in triumpho non agi prę
se vinctos, sed patrio more succinctos ante ire uoluit.
peracto triumpho munifice, et large donatos liberos
dimisit.prętereo Pharnacem Bosphoro,Ariobarzanem
Cappadocię,Antiochum Comagenum Seleucię,deio-
tarum gallo gręcię, Attalum Paplhagonię, archelaum
comagenę,Aristarchum colchis, aliosq; alijs regioni-
bus reges ab eo constitutos.uenio ad Tigranem Arme

niorum regem, quem uictum, atq; in sua potestate constitutum nõ ita accepit, ut hostem, sed potius ut amicũ. illi enim reposuit insigne regium, quod is abiecerat de capite, atq; eundem supra se, infra autem illius filiuz collocauit, ipse medius sedens maiorem armeniam, quam bello ceperat patri restituit, filio autem Sophenẽ, et gordienem dedit. tum eundem de quo triumphare poterat, socium Po. R o. adiunxit, quod sempiternã mallet, quã unius diei memoriaz, et quod sibi, et Po. R o. gloriosius existimaret constitutos a se reges, quam constrictos uideri. cum tamen Tigranes ut regno mulctaretur, Pompeium incitare poterat Tigranis insolens barbaria, quę quanta reliquis in rebus fuerit, ex eo coniicere possumus, quod per multis regibus tanquam uilibus mancipiis abuti solitus esset. nam cum in equo sedebat, reges a pedibus pone sequebantur. cuz aut quiescebat, aut ius dicebat brachiis inter se cõnexis ad testificandam seruitutem circumstabãt. at enim ea est germanę humanitatis indoles, ut satis mulctatum existimet, si misero ignoscere potuit, mulctęque genus arbitretur uidisse precantem. quę mulcta maior, quam cum belli offensio excelsos abiicit, assuetosq; uictoriis affligit. neq; ut non magis regiam fortunam, quam causam perspiceret Pompeium deterruit metus populi romani, ne nimirum sicut sępe alioruz recte facta reprehendere solebat, sic hoc factum reprehenderet. at tuę humanitati neq; mos, atque natura tua, neq; res, atq; causa aduersatur, quandoquidem humanus ipse humanum regem, et iustum regii officii ęstimatorem suo incolumi regno restitues. non eniz, sicut restituit Pompeius occupatum regnum tibi est restituenduz, neq; in tanta omniũ approbatione cuiusq; iudicium extimescendum, hunc restitui cum omnes exoptant, et deprecantur, tum multo maxime reges, principes, duces non desiderant modo, uerumetiam poscunt et flagitant. ut etiam si qui forte tuas cęteras res gestas non sint approbaturi, in istud tuum pręclarum facinus

posteritatis iudicium quantumlibet uarium, et multiplex sit consensurum.ac si ex alijs rebus gestis multarū in te gentiū sis forsitan odium in te conuersurus,ex huius certe liberatione prçter summam laudem plurimū, etiam amorem ab omnibus consequere.prçterea Pompeius captiuos hostes non retinuit,ut aut urbes nondū captas,aut aurum caperet,sed ne captiuum quidem aurum capere uoluit,captis enim Hyerosolymis victor ex illo fano,in quo erat illa celebrata argēti,auri,gemmarum uis,nihil attigit,non religione,sed pudore impeditus. cui, fameq; quam salutis rationem ducere permultos optimos uiros sçpe maluisse, quis nescit? plura de magno maior C.Cçsar loqui nō sinit, qui quemadmodū cçteris rebus, sic humanitate,et clementia Pompeio superior celebratur etiam ab hostibus,is Ptolomeū Alexandrinorum regem, quem non ignorabat contra se bella statim gesturum gratuito missum fecit.Lucius Domitium sui Imperii successorem a senatu decretum redactum in suam potestatem,et pecuniis,et cçteris rebus incolumem dimisit,atque ad Pompeium ire cupientem minime prohibuit.omnium uictor in urbem regressus, omnibus qui contra se arma tulerant,ignouit.quorum aliis post pugnam inimicis propter dignitatē pepercit, quibus indigne post cenam amici mortem attulerunt, alios in summum discrimen adductos prius liberare, quam capere uoluit,alios priusquam se captos senserūt tam gratuito dimisit,ut non modo longi periculi conscientia eos fatigare,sed ne ipse quidem liberator eos, quos liberauit, quibusque ignouit cognoscere voluerit,ne conscientia ulla illorum libertas reuocaretur in dubium. ut uicisse uideri possit, ut uictis parcere posset. iam si permulta alia captiuorum milia multis regibus, et principibus populis dono data, si belli Imperatores gratis dimissos, si aut reddita regna, aut dono data enarrare uelim mihi orbis terrç oratione peragrandus esset.quç non tantū colligo ad te impellen

dum,quantum ad me consolandum.non enim Cęsaris iam facta,sed tua uideor commemorare.cuꝫ enim te tot annos tuas uires uideam consumere in Cęsaris nomine tibi afferendo,uereri non debeo te esse commissuruꝫ quicquam,quamobrem cuius et nomen, et dignitatem appetis,non te illius similem prębeas,uerumetiam sperare debeo te tam diligenter pręclaram illius in hostes humanitatem esse imitaturuꝫ,quaꝫ Octauius nihilo inhumanior,etiam atqꝫ multo felicior ipsius quoqꝫ ueram humanitatis hęreditaté sciuit cernere,citius enim uitaꝫ ueniamqꝫ Antonianis militibus dedit, quam illi petere cępissent.nemoqꝫ ex illis, qui contra ipsum arma tulissent ab eo,iussuue eius interemptus est.Iuliuꝫ Antoniuꝫ uicto patre Antonio non tantum incolumitate donauit,sed sacerdotio,pręture,consulatu,prouinciis,honoratū etiā matrimonio sororis suę filię in arctissimam affinitatem recepit. idemqꝫ cinnam grauem inimicum,in hostium castris deprehensum, non modo magis cogitans qualis amicus aliquando esse posset, quam qui interdum hostis esse uoluisset incolumem seruauit. atqꝫ hanc benignitatem magno cumulo auxit,vniuersum patrimonium restituit,eundemqꝫ de se interficiendo conspirantem,et iam ex coniuratione manifesto deprehensa conuictum non tantuꝫ modo incolumem pręstitit quod per se maximum beneficium fuit,sed ita pręstitit quo modo pauci patres charissimos liberos pręstare potuissent, atqꝫ ex tantis inimicitijs his uerbis recepit, olim ocinna tibi inimico,et hosti, nūc insidiatori, et parricidę ueniam tribuo, renouemus amicitiam,atqꝫ inter nos certemus, utrum meliore fide ego bis salutem dederim,an tu acceperis,qua benignitate eum mansuefecit, sed ita,ut ex insidiatore,et scelerato fecerit optimum et fidelissimum amicum,ligurgum imitatus. Ligurgus enim illum,qui sibi oculum eruerat lacedęmonijs concione facta perdere uolentibus exemit, et domum receptuꝫ ita mansuete tractauit,ut ex malo ciue bonum

ciuem reddiderit cōtra, atque aliquot superiores Christiani reges, qui quos bonos cepissent bonis male mulctando, malos reddiderunt. neque tam captiuos liberarunt, quam captiosos effecerunt. permulta item regna, quę sibi armis pepererat, reddidit, qui quāquam minime ignorabat se a parthis uictoribus non grauis cladis, sed ne leuis quidem bellicę offensionis fuisse ueniam impetraturum, tamen parthis uictis sępe pepercit, et uonomen phraatis regis filium non modo sine precio remisit, sed etiam magnificis muneribus affecit. Tum Herodem, qui plurimis facultatibus, maximis copijs, omnibus opibus auxiliatus Antonio contra Octauium difficillimo in bello fuerat eum uicto Antonio in potestate sua positum habuit, sicut aliquem non graueȝ hostem, sed intimum amicum, ipsum enim dimisit, nec sine pristino regno, et cum aliis amplissimis regionibus adiunctis, ut a uictore fratre is plura nō impetrasset. regnuȝ enim, quod romani Imperii fuerat, sed Antonii munere iniqȝ is occupauerat ei restituit, et addidit Samariaȝ, Gaȝam, Anthedonem, Iopem, pirgon, Traconitidem, et Bethaniam, et regionem omnem, quę inter Traconitidem, et Galileam interiecta esset. neque is tot, ac tantis muneribus ad augenduȝ Herodem contentus fuit, aliud addidit beneficiuȝ amissos filios Herodi restituit. quodque pluris, quam regnum est ambitione, et contentione capitaliter discordissimos fratres concordes fecit, eosque reconciliauit patri. qui cum cōmunis humanitatis iure adductus in religionis hostem crudelitatis authorem, natura, lege, natione longe a se disiunctum tam benignus fuerit, amplius uereri non debeo, ne non tu ipse augusto religione augustior, humaniter dimittas regē natura, religione instituto, disciplina humanum omnibus nominibus tecuȝ coniūctum in monumētis maiorum suorum fortuna circumuentum. nec uero minus humanus traianus Hispanici generis homo, is ne cupidior, quam moderatum, neue acerbior, quam clementeȝ

Imperatorem decet,decebalum dacorum regem, quem prelio uicerat abiectum extulit, et regno concesso pristinam illius dignitatem auxit, antiochum etiam comagene regem captum summo in honore habuit,amplisq; uectigalibus donauit, et simul eius filios, qui ad Bologessum parthorum regem cōfugerant, Romam accitos cōmodissime habuit,et liberalissime. Iosephum iudaici exercitus Imperatorem,a quo multas et magnas offensiones acceperat bello captum non solum missum fecit, sed etiam permultis affecit donis. cuius laus non tanta quod tigride uicto de parthis triumphauit,quam quod in hostem mitis fuit. Antoninus pius remethalcem regē audita eius,et curatoris causa in bosphoranū regnuз remisit.caligula agrippam uinculis liberauit, regemq; Iudee fecit. Constātinus magnus nō modo suorū, sed etiam hostium saluti consulebat,milites q; admonebat, captis hostibus parcerent, et recordarentur illos homines esse eiusdem generis,et nature.ac si quando suoruз impotentes animos effrenatius imminere sentiret in hostium perniciem, eos ab hostibus perdendis auri donatione refrenabat, et suis nummis hostes barbaros a suis militibus redimebat.Iulianus ad ripas rheni amplam de Germanis uictoriam cuз esset adeptus,magis timuit magnitudinem uictorie,et facinoris splendorem,quam pericula in prelio,non addidit tropheo pompam,cum haberet in uinculis ducem hostium. immo uero cum pompa captiuos iussit domū reduci ab eis,qui illos ceperāt. sed quid amplius singulos colligam?vniuerso in populo eiusmodi humanitatem perspicere cum liceat, qui etiam bello uictis regna reddiderit, parcendoq; uictis, magisquam uincendo Imperiuз auxerit. Antiochum illum magnum magna belli contentione terra,marique superatum non modo ut liber esset,sed etiam ut regnaret,permisit.Philippo macedoni uicto regnum concessit,et filium obsidem,et mille talenta,que tributi nomine pēdebat et debebat, remisit.mitto alios,permultos

acerrimos romani Imperii hostes,qui regna, quę armis amiserant,precibus recuperarunt.mitto Grςciam,quã cum in potestatem suam redigisset,liberam,atq3 immunem esse iussit.mitto macedones.mitto illyricos.mitto Gallo grçcos,quos liberos esse iussit,cum seruirent,antequam cum romanis bellarent.mitto quoties regna romano sanguine quęsita dono concesserit, ut nõ tã per ea,quę cepit, quam per ea, quę largitus est sui Imperii magnitudinem monstrauerit,pluraq3 propemodum cęperit dimittendo,quam capiendo.idemq3 populus magnis sane principibus animi magnitudine par, quem quamuis Chartaginenses ad Ticinũ afflixissent, ad trebiam fugassent, ad Trasimenum profligassent, tamen Chartaginensium cum alios permultos,tum certe iuuenum lectissimorum duo milia septingentos, et eo plus nullo precio reddidit.qui uarius,et multiplex populus cũ ad tot iniurias condonandas consentire potuerit, tu unus omni populo dignior quemadmodũ in unius mitissimi hominis dimissione dissentire possis, non magis uideo,quam cur hanc benignitatem,ęquitatemque, et magnitudinem animi non in uno te magnanimo inueniamus,quę tum uniuersi populi fuit.qui sępe crudelissimis hostibus communi belli fortuna circumuentis eam,quam ne sui quidem fuissent concessuri misericordiam,est largitus.mitto sex milia latinis remissa.mitto cęteros.mitto Annibalem,sed tamen hic quoq3 quamquam ferus,immanisq3 natura,et natione,quę magis in suos nonumquam crudelis,quã aliquãdo in alienos humana,ac potius in omneis crudelis quã in quemquã mitis esse consueuisset.cum inquã Annibal, cui ut humanitatem exerceret,natura ipsa uincenda, et crudelitas punica penitus insita ex animo eiicienda,cui deniq3 seipsum pęnum esse obliuiscendum fuit, tamen testatus est se de Imperio, et gloria cum populo romano non de uita pugnare, concessisse maiores suos olim romanis humanitate, se contra elaborare, uti suę uirtuti cederetur.

deretur. nã ut silcam alius ab eo sine precio dimissos, nonne bandium, qui ad cannas cõtra pęnos maximis pręliorum dimicationibus plures mutilasset, cum postea multis confixum spiculis inter cęsorum corpora reperisset, domum remisit? et donis auxit. ex quo intelligitur, non semper crudelitatem Annibali, sępe etiaʒ humanitatem placuisse. qui quia Carthaginensium maxime humanus, uel dicam minime inhumanus fuit. ideo illum ipsius hostes celebrarunt literaruʒ monumentis, atqʒ statuas illi statuerunt, quę olim uisebantur, etiam pluribus locis romę, cuius intra muros solus hostium hastam iecit. cui plus attulerunt glorię Paulus, gracchus, marcellus sepulti, quam oppressi. quę quidem Annibalis in hostes facinora cum humana concesseris, quid iam tibi licebit liberationis humanitatem huic negare? quam si scirem te huic negaturum, hoc est si hunc ipsuʒ scirem in diuturno carcere fore, si ex eo non exiturum, nisi quadam intolerabili conditione, exclamarem, caue res Cęsar, ne tui obtrectatores continuo colligerent, cur Annibal taʒ acerbus? tam pene inhumanus habetur? si humanus habetur, qui humano regi tot nominibus secum coniuncto post carceris diuturnitateʒ, infligere potest mulctam non solum infinitam numero, sed etiam magnitudine. nam quid dicam de Amilcare, quem pene pręterieram, qui filii animo magisquam punico ingenio simile quiddam edidit, cum quatuor millibus hostium, quos ceperat abeundi facultateʒ dedit. non igitur inauditum quiddam, nouumqʒ affero, sed quod multi etiam barbari sępe fecerunt, atqʒ barbaris barbariores turci, ii enim quorum mores, et disciplina humana non est, etiam est hostis humanitatis communi naturę sensu cõmoti christianos reges captiuos alios grauiter ęgrotantes humanissime curarunt, incolumesqʒ tolerabili et mediocri auri pondere dimiserunt, alios humaniter habitos data fide restituerunt, atqʒ in publica perfidia nostri fidem inuenerunt, alios bis captos, bis gratis etiã

BB

addito uiatico liberarunt. quare Carole nunquam cõmittes, noui animi tui, tum etiam ingenij, atq; consilii magnitudinem, ut sit minus turpis barbaris inhumanitas. ut hoc prorsus in fabulis repleto sceleribus seculo desit, ut narretur aliquis christianus solutus a turca, et alligatus socer a genero. nam cum hęc barbari fecerint cõmuni naturę sensu, non autem religione, aut laudis gloria, aut spe, uel affinitatis, uel societatis adducti. sciebant enim religionis nostrę obnũciatione neutrã coiri posse, cum hostes non modo de Imperio, sed de aris. prorsusq; omnibus studiis, et uoluntatibus, quibus nihil inter se hostilius, dissentientes liberarint non tam longinquos maximo locorum interuallo, quam sermone, quã institutis, quã sacris omnibus. quibus inter se distantes magis inter se distant, quam a nobis indi ultimi. uano metu pręstringerem mitem animum tuum, uel potius meum, si diffiderem te illis concessurum de humanitate pręsertim in hominem tecum omnibus magnis necessitudinibus coniunctum. ac non potius sperarem te esse imitaturum illius regis facinus pulcherrimum, qui cum in ea pugna, quam cum Achabo rege commiserat, infinitam prędam, ducentaq; hominum millia cepisset, ad solam unius prophetę denunciationem exclamantis graue esse scelus cognatione, et religione coniunctos abduci captiuos, uniuersam prędam, et captiuos omneis postquam spoliatos uestiuisset, et oleo perunctos ex labore refecisset, ciboq;, et potione recreasset, suppeditatis ad itineris sumptum necessariis incolumes dimisit. eosque qui propter ualetudinis imbecillitatem ad gradiendum infirmi essent iumentis impositos domum reducendos curauit. cuius quidem pręclarissimi facti imitationem ad se pertinere existimarunt, cum alii permulti, tum uero Berengarius, qui Gilebertum principem captum, sordibus aspersum lauandum, et denudatum optimo uestitu, cultuq; ornandum curauit, ipsiq; sui recipiendi facultatem dedit. idemq; etiam Ludouicum regis filium

liberauit.quid Leo Imperator, primus graii sanguinis, nonne Theodoricum ultro patri restituit?quid sequanorum rex?Nonne captiuorum epiphanio quinq; milia sine precio reddidit?pretereo Othonem, quem dicũt quinq;,et septuaginta triremibus cum ad Adriam appulisset, atq; in iapidum ora cum Venetis prelium commisisset,duabus triremibus depressis octo , et quadraginta captis in hostium potestatem redactum sola data fide ab hostibus dimissum fuisse, secunda fortuna non adeo corruptis,ut officii rationem abiecerint in eo , a quo armis diffiderent.Omitto chathenum hunnorum regem a Francis dimissum.omitto Theodobertum regis filium a Sigiberto liberatum.omitto item,qui omittendus non est,Rodericum uiuarium Hispanici generis hominem.qui acerbum existimans humanitatis perfugium regibus claudi,quod piratis sepe patuisset uno, eodémq; prelio quinque Saracenorum reges a se captos sine precio dimisit incolumeis.idemq; cum Petrum Tarraconensium regem sibi bellum inferentem cepisset simul etiam eius permultos tum purpuratos,tum milites gratis omneis dimisit,cuius in seculo nihil humanum mihi uidetur fuisse preter ipsum.que si in obscuro non minus seculo,quam in obscuros reges collata hominum longe infra huius dignitatem positorum animi magnitudinem eius qui illa contulit gloriosam efficere potuerunt,quanto in clarissimo seculo in clarissimum reges collata clariora celebrabuntur? Propter summam uestrum utriusq; nobilitatem. Iam uero Philippi Marie Mediolanensium principis recens quidem ab etate nostra,sed tamen cum omni antiquitate adequandum facinus uidetur,qui cum uirtute capiendos reges,humanitate autem dimittendos existimaret,Alphonsum Sicilie, et Apulie regem Nauali prelio captum cum duobus fratribus altero etiam rege multis item regulis non modo liberauit,uerumetiam nullum liberalitatis, comitatis, mansuetudinis genus in eos pretermisit.pmultos alios

afferrem nisi nemo esset,quin,quę attuli exempla,maxime approbet,quorum omnium approbatio non modo multorum similium exemplorum,sed etiā testimonio rūm,atqȝ adeo leguȝ uiȝ apud te habere debet,et nisi iaȝ plures attulissem,quam opus sint ad te mouendum,cuius si solius rationem habuissem,alium neminem,quaȝ te tibi proposuissem ad imitandum.scio enim te imitari posse neminem te ipso meliorem,cum autem quorūdam,sed non multorum comitum tuę magis secundę pugnę,quam humanitatis rationem habeo nullo modo me continere possem,nisi occurrendum esset satietati tuę,quin etiam alios non paucos afferreȝ,qui ad laudem non minus pulchrum duxerunt acerrimos hostes iacentes beneficiis excitare,quam stantes armis abiicere.qui,quos hostes funditus euertere,non modo deprimere poterant detracta opima prȩda, opibus subleuare maluerunt,memoriamqȝ relinquere se cum possent im mensa repetere,remisisse,quam cum remittere potuissent exegisse.quę quidem ipsa fecerunt,ne ex solito fortunę ludo insolescere serio ne tantum hostium uictores,non libidinis suę,ne precio addictam habere humani officii rationem,⁊ religioneȝ,ne carcer,ne cruciatus calamitosorum sibi quęstui esse ne intercludere perfugium fortunę,ne casus bellicos obiicere viderētur. quę tot,et tam sancta Imperatorū facta,cur non modo exēpli uim,sed etiam legis habebunt? cum illorum rescripta,cuiusque modi sint,uim legis habeant.cum nihil intersit scriptis uoluntatem suam declararint,an rebus ipsis,et factis,prȩsertim cum eiusmodi facta sint, ut si neque illorum scriptis,neqȝ rebus ipsis instituta essent,tamen a natura ipsa ita expressa sunt,et iudicio bonoruȝ confirmata,ut non scripto,non uoluntate cuiusquam mortalis deleri possint.a quorum tot,et tam sanctis factis,et tam grauibus iudiciis,cuȝ iudices uel in leuibus causis prospicere soleant,ne ab aliorum iudiciis dissentiant,hoc magis cauere debes,ne descrepes, quo minus

tantis rebus prȩclare gestis, et tot editis speciminibus modestiȩ, tui dissimilis esse nolles, quo minus honestū est ab alioruȝ honestis exemplis dissentire, prȩsertim tā ta proposita laude, qua et superiores ȩquabis, cum non minor laus sit illorum exēpla asseruisse, quam instituisse, atqȝ haud scio, an non plus sit hȩc sancire, quam cō stituisse, prȩsertim cum illorum permultorum laus non hominum solum, sed etiam temporuȝ fuerit. et uero po steros ad humanitatem erudieris, quo nihil pulchrius, hominiqȝ conuenientius, nihil Deo gratius, à quo mer cedem capies, non tantum eorum, quȩ ipse feceris. uerū etiam eorum, quȩ ab aliis postea fient. nam quicunque post te humanitatem tuo exemplo adducti exercebunt, etiam si maiorem exercuerint, tamen pariter cuȝ illis, et mercedem a Deo capies, et ab hominibus laudem. Qui agroruȝ fines propagant, paruis, et mortalibus rebus au gent Imperium suuȝ. qui uero moderationis, humanita tis, iustitiȩ, splendida, et mirabilia prȩbent exēpla omni bus aspicienda, ij uictoriam diuinam adipiscuntur, ij immortali ornātur corona. quare si talia, tāqȝ illustria exempla, si deniqȝ nulla haberes, tamen par esset, cuȝ su periores nobilitate, et uirtute viceris, ut posterioribus exemplum prȩberes, atqȝ tuȩ humanitatis authorita tem relinqueres, qua regiȩ conditionis communibus casibus subsidium constitueres, et sancires, ne quis re giam uitam, neue dignitatem in ulla vnquam fortuna oportunam iniuriȩ ducat. quando, quemadmodum ui des, occasionem habes maximam ad benignitatis por tum aperiendum communi infelicitati regum, quos ia centes ut multum erexeris, etiam si nihil prȩter istius prȩclari facti authoritatem dederis. posteri enim vnde petant humanitatis exempla, habebunt. qui quemadmo dum uides nos uti superioribus, istud tuum factum prȩ clare usurpabunt, et nunc quidem quod exemplis tue mur, aliquando inter exempla erit. non igitur hic so lus, sed omnes qui post hac capientur, istam tuam beni-

gnitatem percipient.neq; modo Christiani modestio-res tuo exemplo erunt,sed barbari quoq; dei nostri numen efficax esse existimabunt.quod te tuę secundę pugnę uictorem fecerit.tum uero ipsi quoq; tua humanitate admoniti in calamitosos mitigabuntur.quare quādo regię conditionis non solum iudicem,sed etiam legislatorem te esse oportet per deum immortalem uide,ne durior conditio tibi ipsi,ne omnibus mortalibus statuatur,quam uel omnium artium humanitas ętatis nostrę, uel tuę indolis singularis probitas ferat,cuius summa dignitas,et uirtus facit malum exemplum, ut sine summo omniu; detrimento edere non possis.etenim ut desperare possumus alios eiuscemodi humanitatis exemplum daturos si tu ipse non dederis, ita multos istius facinoris ęmulos facile sperare possumus. probis enim error inicietur,improbis licentia dabitur,qui tuę tuum honestissimum nomen suis turpissimis rebus prętendent, tum tua summa authoritate suum acerbitatis uirus occultabunt,atque ex tuo tenui tramite latissime euagandi sibi uiam facient.idq; quod te fecisse constabit,non solū sibi licere,sed et se decere,⁊ debere facere putabunt.qui quantam maximam redemptionem ab hostibus extorquere poterunt perinde atque deberent, extorquendam putabunt. quare ne quibus aliquando belli fortuna facultatem dederit, authoritatem attribuisse uideare.rem duri exempli,⁊ nō tui seculi fugies. quę et posteris tradita te inuisum faceret authorem,quę non vnum regem,sed omneis ia; uiuos,et posteros perquam grauiter mulctaret, dum non modo calamitatis perfugium posteris clauderet, sed etiam superiorum humaniter factorum tanquam luminibus obstrueret.quo enim confugerent ad ueterum ne humanitatem?at tuo exemplo excluderentur,et nunc quidem ipsam desuefactam,et tot exempla, quę barbarorum inscitia obruere nō potuit,tua authoritate obruta experirentur.at multi contra et fecerunt,et probarunt.at ita multi fecerūt

ut nemo uere humanus,pius,iustus fecerit.ita multi probarunt,ut nemo probus,et recte a natura,et literis institutus non improbauerit.quando quisquaȝ ex antiquis, et bonis authoribus probauit? ac non a regia dignitate indignum duxit?neqȝ eos tantum intelligo, qui de animi magnitudine,de fortitudine,de moderatione,de humanitate aduersus hostem seruanda scripserunt,qui nihil crudele,nihil humile,nihil sordidum, nihil turpe esse utile duxerunt ne reip.quidem causa.qui quidquid sit humile,eneruatum,illiberale,indignum esse inutile, et contra naturam iudicauerunt, sed de illis magis loquor,qui separatim eos.qui contra, quam diximus fecerunt,indigne fecisse ostenderunt.tum ratione,tum rebus ipsis,quos quid hic ego iam commemorem,quot,et quales sint, cum id longum esset,cum permultos ante cõmemorauerim. quid opus multis onerari exemplis, cum breui ratione expeditus esse possis,si presertim tecuȝ consideres,quid quisqȝ,et quem contra aut fecerit, aut dixerit.tum profecto intelliges alio modo Grecos, et latinos cum barbaris egisse, alio modo cum ijs,quibus cum de Imperij gloria pugnauerunt,tum animaduertes,quandiu Greci,et romani pij in patriaȝ,et parentes fuerunt, quamdiu ciues ciuilia iura inter se seruarunt,et coluerunt,tamdiu ipsos iustitiam,et humanitatẽ aduersus hostẽ obseruasse,et diligenter coluisse. quãdo autem iniusti,impii,crudeles inter se esse ceperunt,quãdo desitũ est quicquaȝ in ciues iniquũ uideri,tuȝ certe cõfiteamur,necesse est, absurdum esse ab illis exempla humanitatis in hostes querere, a quibus quemadmodum non tã querenduȝ sit,quid uirtutis in hostes ediderint, quam quid omnino sceleris in suos preterierint,sic ab aliquot superioribus regibus Christianis, qui inscitia temporum regiam artem fedis barbarissimis contaminarunt, non tam querendum, quid ratione, et scientia, quam quid inscitia,et uitio temporuȝ fecerint.adeo scythica quedam barbaries per orbem terraruȝ, gentiumqȝ

peruaserat,et ita multum,ita diu, itaq; longe,et late per uagata erat,ut non modo cęterarum omnium artium disciplinas corruperit,sed etiam regiam artem labefacta rit,atq; conuellerit.quare quandoquidem de moribus agitur ad ea tempora nos reuocari oportet,cum et opti mi mores erant, cum homines humani, iusti,probi et erant,et habebantur.atque quando de iure agitur.iusti tię exempla a iustioribus petenda sunt, et naturę speci- mina a melioribus quęrenda. utri meliores illi ne? qui quondam in hostes lenissimi erant,qui nihil uictis prę- ter iniurię licentiam eripiebant,qui gentes integras eo dem die hostium loco,et ciuiu; numero habuerunt, an qui domestica crudelitate laborarunt?qui per summu; scelus ciues,et socios spoliarunt.utri natura humanio- res?an qui in hostes humanitate ex minimo,tenuissimo que Imperio maximum, et florentissimum fecerunt?an qui libidine in ciues, in socios ex summo humile, aut nullum reliquerunt?utri iniustiores, illi ne?qui nō tan tum in ducibus uirtutem,neque solum in militibus for titudinem,sed multo etiam magis probitatem, et fidem spectare uoluerunt, ne crudeles, ne perfidi, ne insolen- tes,ne iniusti essent.qui inter arma leges ualere uolue- runt.qui legibus aduersus hostem seruatis melius bella geri existimarunt, qui tantū abfuerunt,ut dolo delecta ti sint,ut dolo captas urbes restituerint qui cōstituerūt, et sanxerūt nō alieno scelere,sed sua uirtute ingenuū, fortemq; ducē bellare oportere,qui probarunt,et semp laudarunt suos Imperatores,quod perfugarum auxilio graues Imperij aduersarios debellare noluissent. qui quos ui,ac uirtute cepissent,dignos duxerunt, non so- lum quos incolumeis paterentur,sed etia; auctos bene ficiis dimitterent.ut ijdem testimonium suę. tum forti tudinis, tum moderationis afferrent apud uiuentes,et posteros, cum utrique intelligerent, quos illi cepissent hostes,eodem iure esse,quo fuissent,eadem dignitate,eo dem dignitatis ornamento regnare,quo antea regnas- sent.

sent.an aliquot defuncti Christiani principes? qui proditores non modo gratos habuerunt, sed etiam probarunt. et nullo discrimine uirtutis, et doli prosperos laudarunt belloruȝ euentus, qui re uera gyges fuisse uidentur ex occulto percutientes ipsi non percussi. quorũ prudentior, fortior existimatus fuit, qui barbarior, qui perfidior extitisset. qui omni nexu soluta libidine humanitatem aduersus hostem generosam stultitiam arbitrati cum omnem bellicę ęquitatis rationem peruertere, tum tot et tam communia humanitatis exempla sua propria in humanitate uiolare ausi sunt. quorum licentiam temporum uitio magis, quam hominum iudicio commissam rescindere cum alter tibi triumphus sit. quid reprehẽdaȝ necesse est apud te pręsertiȝ, qui tantuȝ absis, ut a quoquam cui sensus tuus moderatus sit cognitus existimeris illam licentiam oppositurus supradictis exemplis, ut si nundum quisquam, neque superiora exempla edidisset, neque ipsis contrariam licentiam improbasset, si etiam illam fortes, si magnanimi, si clari uiri in optimorum temporum clara luce edidissent, aut probassent, quod neutrum fecerunt, tamen te ab illa licentia honesti ratio abduceret, ut id sane sequerere, nõ quod fecerunt, sed quod fecernnt cum ratione, cum humanitate, cum ęquo. cum quidem iniquum sit quippiaȝ existimare ęquum esse ex eo, quod quispiam aut fecerit, aut scripserit, et non ex eo, quod ex iure, ex ęquitate, ex eo, quod honeste liceat. cum ne leges quidem honestę, a probis uiris conditę ualeant, nisi cum ęquo, et bono. cum nefas sit authoritati iuriconsultorum obtemperare, nisi cum ratione. cum uel in sanctissimis legibus ęquum, ⁊ bonum respici, scriptuȝ minime sequi deceat. nonne iniquũ esset? quidquid a quoqȝ in hostes factuȝ, scriptumue sit, iustum existimare, et non attendere, quid cum ęquo, et bono, quid cum moderatione, quid cum magnitudine animi, cum humanitate. iam uero ut fortitudinẽ, ut animi magnitudinem, ut moderationem, ut

humanitatem,ut religionem,ut fauorem optimarum le
gum,ut singularem laudeꝫ habeant superiora,quę com
memoraui humanitatis exempla, ut his cõtraria sint ab
illis uirtutibus quam maxime remota, quem prętcrit?
quę si illarum uirtutuꝫ aliquam rationeꝫ haberent,quę
nullam habent,tamen cum sis tot nominibus rex,dece-
ret te, ut quod esset magis regium, et ad laudem hone-
stius,id tibi ad liberandum hunc uideretur pręstantius.
utra magis regia, utra ad laudeꝫ honestiora exempla,
quę posui,an contraria, cum ex his,quę ante dixi, satis
liquere possit,paucis attingaꝫ.illa ante aliquanto a me
cõmemorata laudabiliora,et regia magis,et pręstãtiora
tibi ducenda sunt. quę pietatem, quę existimationem,
quę uerecundiam tuam tuentur,quę a bonis uiris,et sa
pientibus non modo laudantur,sed etiam unice laudã
tur.quę non modo iudicio preclarorum uirorum lau-
dantur,sed ipsa quoqꝫ suopte põdere nituntur, ut quę
suapte natura honestatem,laudem,dignitateꝫ, decus ha
beant,omnium bonorum, quę natura habet pręstantis
sima bona,⁊ propria bonorum uirorum. quę quia in-
sunt in illis gratuitę humanitatis exemplis,illa propria
bonorum uirorum,et maxime peculiaria magnanimo
rum regum dicere possumus? quę neqꝫ qui primi edide
runt,neqꝫ qui post imitari uoluerunt, ipsa assequi po-
tuerũt,animo nisi regio,nisi humano,nisi magnanimo
essent,nisi prius animum uincerent,iracundiam cohibe
rent,uictorię moderarentur,aduersarium iacentem ex-
citarent.quę quidem laus cum summis uiris,tum Deo si
millimos efficit eos,qui talia ediderunt.at illis contra-
ria exempla,si exempla dicenda sint,potiusquam disso-
luta licentia in quam tuo illustri exemplo animaduer-
ti oporteat,non quęro,quam rationem habere possint
pietatis,uerecũdię,moderationis,magnitudinis animi,
sed mediocris impietatis,impudentię,cupiditatis, humi
litatis.quę propiora sceleri,quaꝫ religioni non tã mul
ti cupidi reliquerunt,quam ab omnibus moderatis lon

gę relicta sunt.quę pusillanimi,cupidi,(celesti,crudeles imitari potuerunt non modo sine laude,uerumetiaʒ cũ turpitudine.quę quin nihil apud te efficiant,dubium esse non potest.quorum usurpatio turpitudinem turpitudine resoluit,ac potius destringit,quibus uti non est ꝓtegere probitatem causę suę,sed improbitatem,si qua in sit,apertiorem facere,non est facti sui ęquam rationem afferre,sed iniquitati suę societatem quęrere,atqʒ adeo ęquitatem suę causę deteriorem facere.quę ut uitio careant,laudem quidem certe mereri non possunt. Quis eniʒ unquã probus?quis liberaliter institutus ea laudauit?aut quis deniqʒ conatus est laudare?aut uero posse laudari arbitratus est?laudari dico?quid si optimus qsque uituperanda duxit,quid si etiam uituperauit.ad illa accedit religio,humanitas.altera illis opposita,etiaʒ si non essent contra religionem.tamen uestigia religionis,germanęqʒ iustitię non apparent,cuius officia sunt humanitas,misericordia,ęquitas.quę fidei, quę religionis,quę humanitatis uestigia apparere ibi possunt? vbi ob captiuos liberandos pecunia accipitur,ubi precio vi detur addicta fides,religio,humanitas. in illis denique omnia uirtutum signa apparent,in his si essent aliqua, quę nulla sunt,tamen apparere non possunt. in quibus cum precio exęquata omnia uideri possunt,tum profecto humanitatis,cęterarumqʒ uirtutum delectus, atque discrimen pecunia obscuratum non modo non eminere,sed etiaʒ omnino sublatũ esse uideri potest.illa sunt magis legitima,quę propius accedunt ad ea,ad quę proxime accedunt optimę leges.quę quo meliores,eo propius accedunt ad humanitatem,et religionem, quo rectiores,eo magis diriguntur ad naturę rationem,ad mẽtemqʒ diuinã,quo certiores,quo antiquiores, quo eminentiores,eo ad antiquissimam ueri iuris,germanęque iustitię expressa sunt principem naturam.ad quoruʒ ipsorum summaʒ illa diriguntur,sed maxime ad ęqui,boniqʒ naturam.quę parcere non modo captiuis,sed etiã

precio paratis seruis, iubet, quę adeo recte illa dirigit, & probat, ut uel sine scripto ipsa exarauerit in animo optimi cuiusq; eadeq; sunt ueriora, et certiora, quę natura perpetuo probauit. perpetuo approbare uidetur, quibus fauet consensus omnium gentium, qui quidem est naturę sententia explicata, et certa lex. Nulla est enim gens, neq; unquam fuit tam crudelis, quę quamuis illis non egeat, quamuis contraria faciat, non gratuitę liberationis exempla grata habeat, et probet, et laudet. ex quo liquet illa a naturę recta ratione, hęc ex praua proficisci, et tu ipse semper probasti et laudasti, ut si ab hinc mille annos in historia, siue adeo in poemate quodaq; hunc siue alium quem regem captum, et ut superiores legimus liberatū humaniter ab eo qui cepisset legeres, nuq; quisq; dubitat? quin queadmodū Alexandri in Porum, aliorūq; in alios humanitatē laudare soles, sic illū amares, et laudares. quos igitur vultu, & uerbis sępe pbasti, et laudasti, quod temere facere non soles, dubitamus, re, et sententia te iam improbaturum? et quod pręteritum facinus, uel fictum tibi iucundum, et gratum foret, hoc uerū, et pręsens perspectum tibi ingratum, et iniucundū quisquam suspicabitur? sed quid de te loquor? est ne quisquam omnium mortaliū Paulo humanior? a quo si quęratur, illa ne quę posui exempla, an illis contraria se edidisse malit, quin malle illa, et meliora esse respōdeat. non igitur uideo, quamobreq; quibus non modo tu ipse semper similis fuisti, sed etiam quibus filios tuos similes esse malles, eos iam non probes, quamobrē contra non improbes eos, quorum idem tu semper dissimilis fuisti, et dissimiles filios esse uelles. cuq; etiam qui talia ediderunt, sui se, et suos dissimiles esse mallent. quibus defunctis si iam ea emendare liceret, certe plurimuq; illi ipsi operę adhiberent, ut meliora, quaq; reliquerunt facta, relinquerent, et melior quam nunc habetur, sui existimatio haberetur. quod si quę sępe antea probasti, illa iam non probares, et rationem aliam cur improba

re non deberes, afferre audquaquā possez, tamen eaz afferendam putarem, quę consensus proborum omnium probaret, ea quoqz te probare oportere, ꝛ quę optimi quiqz improbarent, ea te etiam improbare debere, quibus oppugnantur exempla, quę cognationem habent cum uirtutibus tuis, et tu cuz ijs, qui illa ediderunt, qui ea edere nō potuerunt sine ipsis uirtutibus, in quibus es semper uersatus, ęquitate, humanitate, moderatione, magnitudine animi. quare qui te ab illis dissentire uolunt, a quibus dissentire non potes, nisi a tuis uirtutibus dissentias nunquam efficient, quin apud te plurimum ualeant monumenta uirtutum, propter quas tu maximis natiōibus Imperas, quin inditia, et testimonia moderationis, humanitatis, magnitudinis animi plurimū apud eundez te possint, propter quas adeptus es plurimam potentiaz, quin sint prima apud te specimina uirtutum, quarum propter existimationem ipse omnium primus factus sis, pręsertim cum non solum apud te horuz uirtutibus affinem, sed etiaz apud omnes homines, atque apud deum plus ualere debere existiment optimi quique illa, quę possunt ad salutem, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum, quam ea quę ad perniciem. quę enim ualent ad salutem proxime accedunt ad deum, quę uero ad peruiciem longissime a deo discedunt. sed ita, ut ab ipso nulla alia res longius discedat. ut humana natura nihil imbecillius habeat, quam ut possit, neqz peius, quam, ut uelit, neqz crudelius, quam ut conetur hominibus perniciem afferre. cum non modo in exemplis maximi iurisconsulti semper id ualere plurimum, quod in se plurimum haberet, authoritatis, et ęquitatis responderint, atqz illud idem cum plurimis in rebus iure, et legibus pręstantius esse senserint, et iudicarint, desinant tui dubitare, quin illor͞uz authoritas tibi pręstantior uideri debeat, quę plus possunt ad salutem, ad opem infelicium, quę plus dignitatis, antiquitatis, quę plurimum ualet in exemplis, quę plus amplitu

dinis,ęquitatis habeant, quam contrariorum. quę quoniam precio,ac mercede ducuntur quam dignitateȝ habere possunt.quę indigni,illiberales, sordidi facilius assequi possunt,quam magnanimi.in quibus si qua esset dignitas,quę certe nulla esse uidetur, tamen dignitatis pręstantia eminere non posset obscurata precio.contra illa maxime dignitate ducuntur,quę omnibus rebus dignitateȝ antefer ăt,quę quod fidei,ꝙ fortitudinis, quod magnificentię,quod abstinentię,quod honoris,laudis, decoris solidę,expressęqȝ glorię plena sint,idcirco existimare oportet digniora publica imperii dignitate.quę omnia ad gloriam, splendoremqȝ referre debet. sed ne singulatim barbaricę licentię humilitatem cum dignitate mansuetiorum exemploruȝ de amplitudine certantem deducam in longiorem comparationem.quę inter se comparationeȝ non habent.quę digniora?quaȝ quę habent in se maximam dignitateȝ summarum uirtutuȝ, quę antiquiora? quam quę cum antiquissimi homines, atqȝ antiquissima literarum memoria,tum natura ipsa antiquior,quam hominum ętas imperpetuuȝ probauit. quę tibi ampliora ducenda? quam quę abs te imitata multo amplissimaȝ ostendent animi tui magnitudineȝ, quę in contemnendis, et despiciendis hostium spoliis maxime cernitur.quę implebunt orbem terrarum tuę laudis gloria.quę porro ęquiora? quam quę aduersus deum pietatem,aduersus hominem humanitateȝ seruăt, quę cum hoste iuris ęquabilitatem communicant, quę ad ęqui,boniqȝ naturam,et diuinam naturam accedũt, hoc est ad propriam naturam sanctissimarum leguȝ,nedum exemplorum.quę deniqȝ ęquiora?quam quę optima, quę ęquo animo omnes laudant,et probant, quę meliora?quam quę omnibus uirtutibus instructa, et ornata sunt.quę deniqȝ tandem pręstantiorem habere debent authoritatem?quam quę in se habent honestatem, laudem,dignitatem,decus,quibus non est.quicquaȝ pręstantius,sine quibus uiri optimi, atque honestissimi ne

romani quidem senatus authoritatem ullam existimarunt esse oportere.quę plus authoritatis habere debet? quam quę plurimarum et maximarum rerum authoritatem habent.cuiusmodi habent, quę gratuitę posui liberationis exempla,quę a uirtute profecta primum perpetuo probat sempiterna natura, quę maxime auctoritaté affert, cuius auctoritas in uirtute inest maxime.deinde id,quod etiam maxime facit auctoritatem optimi, atq; honestissimi cuiusq; uiri pręclarum iudicium, tu; tot literarum testimonia,tot honestatis leges,cuiusmodi multę multis locis orationum nostrarum attinguntur,eternę,regię.Etenim quęcunq; honestá sunt, regię leges sunt,quarum aliquę quamuis scriptę quidem non sint,tamen omni scripto sunt antiquiores,et ualentiores. quę multo plures cum sint,& plus cum aliis de causis valeant,quam contrariorum exemplorum ratio , si ratio nominãda est.ac non dissoluta licentia. tũ quod illę iubent,uetant,cogunt.hęc licentia tantum permittit,et quidem magis permittitur libidine barbarorum, quam conceditur moderatione humanorum.dubitai ẽ diutius nõ debeo,quin illa ipsa gratuitę liberationis exempla,plus apud te valeant.Quę cum ita sint ,cum in minimis seruis precio paratis a barbaria , quoties dubia libertatis interpretatio est secundum libertatem leges iudicare iubeant , quia fauor libertatis suadet , ut interpretemur ad libertatis pręstationem accedere cęteras leges, nonne indignum uideretur?si nobilissimis regibus negaremus , quod indulgemus uilibus seruis,nonne indignissimum illud haberetur?si tot leges,tot instituta maiorum,tot pręclara exempla cogeremus accedere ad unam deprauatam insani martis consuetudinem,magis opinione, quam natura constanteq;, inhumanam , sordidam ; quam gens quidem nulla est, neq; tam barbara,atque indocta quin ipsam minus dignam rege iudicet,et minime regium ducat ex tam lato campo tot regiarum legu; ad tyranni martis angustias

amplissimorum regum ęquitatem carceris compellere, et tot,ac tam mites humanitatis rationes, tot moderationis,atque pietatis exempla,tot honesti leges contemnere prę una acerbissima impii martis lege, aliena a cómuni,non modo hominum humanitate,sed etiaʒ a sensu ferarum,quarum non solum generosissimę,sed etiaʒ ignobiles bestiolę,ne nos pudeat ab exilibus animalculis admoneri,non modo suę speciei alteras captiuas nó tenent,sed ab aliis captas liberare magno studio conantur.ut uel ipsarum,quę natura cęcę sunt,huius acerbitatem uideant.talpę enim in pręparatum insidiis hominum uas delapsas alteras talpas sentientes eousqʒ terrá effodiunt,quoad exaggeratione facta captiuas liberát, alię funiculum, quo altera eiusdem formę capta sit,aut dentibus conficiunt, aut dorsi sui nixu ad captiuá inherescunt,atqʒ incursu,impulsuqʒ abduci prohibét,aut caudam illius,qui in nassam ceciderit morsu corripiút, et foras proferunt,neqʒ ob id petunt redemptionis precium,alię alias fouea captas ex loco superiore deiectis fascibus,et pede porrecto extrahunt.sed omnia ferarũ lustra,et cubilia mihi lustranda essent,si narrare uelim, quę,et quemadmodum sui generis captas liberarunt naturę uim percipientes cum ingenio suo,tum sine pręceptis Pythagorę,qui eas capi uetat,et captis parcere iubet,ut in brutis bestijs homines temperare a crudelitate, et rapacitate asuefaceret,tuʒ sine cognitione diuinę,scripturę, quę etiam auium captiuarum miseretur,et ut dimittantur adhortantur,tum pecudem,quę in foueaʒ ceciderit,extrahere,et quę aberrauit reducere homineʒ iubet.quę omnia tecum ipse mediocriter modo consideres, non superioribus quidem, ut aliqui uolunt, exemplis contraria exempla prępones,uerumetiam ipsis contrarijs tuum in hoc liberando pręclarum exempluʒ opponi oportere, et necesse esse, cum aliis ex rebus existimabis.tum ex eo,quod plane uideas non modo culpaʒ, sed ne reprehensionem quidem ideo te euitaturum, si il-

lis

lis superioribus exemplis contraria exempla secutus fueris, sed magis incursurum, quia secutus fueris, grauioremque culpam suscepturum, quam si nullum tale extaret exemplum, qui quę facinora superiores reges aut religionis ignorantia, aut temporis inscitia commiserũt, tua authoritate confirmasses, et posteris peccadi authoritaté attulisses. quis uel superiores, uel posteros feret? nisi ipse qui debes emédare, probaueris. quo quid magis sapientes improbarent? qui extremam iniuriam facere eos existimant. qui sua authoritate faciunt, ut quę iusta non sunt, iusta hominibus uideantur, ut tanquaʒ humana probentur, quę tanquam barbara improbanda sint, sed quid hęc ad te? quem quiuis bonus, et honestus arbitratur probare, neqʒ posse, neqʒ uelle, atqʒ potius uituperare debere id, quo laudum tuarum tum admirationeʒ, tum approbationem amitteres, atqʒ annumerareris inter barbara superiorum regum exempla. quod quia tua uirtute indignum est, et quia uir bonus nullam omnino unquam grauiorem pęnam sustinere potest, quam si similis malorum hominum habeatur, atqʒ inter malos numeretur, et bonorum facta contemnere existimetur, idcirco certe malles, opinor, regem nullum cepisse, quã idipsum tibi accidere, quem oporteat cum malis meliorem esse, tum profecto uel maxime exęquari bonis, atqʒ adeo optimis parem esse. exęquabis autem, atqʒ superabis gratuita huius liberatione, qua superiorum uirtuté assecutus fueris, et exempla illorum exsolescentia renouaueris, et sanxeris, simul et barbaricam licentiam correxeris, et triumphum egeris de barbaria eorum reguʒ, qui illam licentiam commiserunt, siue adeo omnium triumphorum lauream maiorem adeptus fueris, quanto maius est terminos regię humanitatis, quam regni ꝓferre. tum uero cum inueteratam barbariam ex christianorum moribus, regiaque disciplina deleueris, bellorũ causas sustuleris, quibus quamobrem christiani assidue flagrant nulla causa maior est, quam quod fatali quodã

proximorum seculorum errore nullus est amplius honestatis respectus. At si illorum barbariem tuo exemplo obscurare neglexeris hanc singularem laudeꝫ amittes, et grauius crimen, atqꝫ culpam subibis, quam qui talia ediderunt, qui nimirum in clarissima luce huius seculi, in quo literę, artes, disciplinę omnes humanitatis restitutę sint approbasses ea, quę illi inscitia, uel religionis, uel temporis cōmiserunt. quorum uitia non magis eorum, qui ea admiserunt, quam temporum fuerunt, neque temporum tantopere, quam eorum, qui comprobarent in hoc illustri seculo, in quo cum neqꝫ religionis, neqꝫ temporis inscitia excusari possit, et cuꝫ prope ęque sit turpe Imperatori nescire quid liceat, atqꝫ facere aliquid, quod sciat nō licere, certe si quid inhumaniter feceris, tibi homini humanissimo, atqꝫ omnibus rebus ornato homines honestissimi, atqꝫ integerrimi non poterunt ignoscere. illi uitio temporum, ut turpitudine nō caruerint, aliqua tamen erroris uenia digni uidentur, quibus quo perciperent sensum humanitatis, et solidę, ueręqꝫ glorię mansuetioruꝫ literarum non modo vsus defuit, sed etiam eisdē abusus fuit, quo in barbaria, atqꝫ ad barbariam institui solebant, idipsum temporis, cum et optimarum artium studia iacebant, et omnium doctrinarum liberalium splendor obscuratus esset. Cum barbara etiam studia adeo una, et so la uigebant, ut etiā regium esset nescire literas, quarum cum exiguus, aut nullus pudor, cum nulla humanitatis uerecundia eos urgebat, quid inter barbaros ueriti essent barbari haberi? quid excitare eos potuisset? cum essent nulli scriptores, quos sempiternis monumentis suam infamiam notaturos, aut timerent, aut sperarent suam laudem illustraturos in tantis temporum tenebris. cum auaritię, et sordium tantū artes colerentur, non est mirandum, si reges hanc lucē uidere non potuerunt, si eodē, quo spes ibat omniuꝫ sua studia flexerunt. ex quo intelligere possumus, quid inter te, et illos intersit, tibi quidem non

modo unus homo excitandus est, id quod omnes qu idem desiderant, sed omnino humanitas oppressa, id quod optimi quiq; , atque honestissimi exoptant excitanda est, atque prospiciendum, ne superiorum, et posteriorum exempla tibi crimen, et culpam afferant, cum potestas tibi sit altera opprimendi, altera prohibendi. illi et superiorum temporum inscitia excusabuntur, et posteriorum luce obscurabuntur. si tu nunc illorum licentiam approbaris, posteri tuo periculo peccabunt cum eis peccandi authoritas a te concessa uidebitur. omitto, quod illis non laborandum fuit, ut ante collectam famam conseruarent humanitatis, cuius nullam opinionem habuerunt. tibi contra conandum omni ratione est, ne multo sudore, multisq; uigiliis collectam existimationem moderationis, humanitatis, magnitudinis animi perdas, ne spem, quam maximam habent homines de tua uirtute infirmes. itaq; latuerit hic error in illa caligine, ac tenebris temporum, habuerit aliquam ueniȩ latebram in animis angustis, sordidis, humanitatis ignaris, nunc uero plane scis aliud decere humanum et excelsum te, et tuum seculum eruditum. in quo quoniam omnium disciplinarum splendor lucet, quoniam regiȩ artis barbarismi non pluſquam cȩterarum artiu; latere possunt, tibi cauendum est, ne barbaru; exemplu; edas, quod eo barbarius uideretur, quia non modo primus, sed etiam solus edidisses post reuocatam literaru; humanitatem. etenim cum iam omnia humanitatis studia, quȩ tot annos iacuerant, excitentur etiam a barbaris nationibus, quo tandem animo te esse oportet, num a quoquam potius, qua; abs te humanissimo ueram humanitatem, vnde mansuetiores literȩ nomen acceperũt excitari conuenit? num ab alio quopiá reuocari par est regias artes, idest moderationem, abstinentiam, mansuetudinem? at nisi iam reuocaris, quando quisquam reuocabit? quando quis excitabit? quãdo quis exempla, quȩ ante diximus, plena mansuetudinis, moderationis, forti

tudinis tuebitur,si nunc ipse relinquas,ac deseras,si ne-
que solum obruta posteriorum uitio patiaris,sed etiam
eorum,qui ea obscurarint licentiam probes. atqui pro-
bare neque uis, neque potes,quando ea animi es magni
tudine,qua optimus quisq;, et honestissimus esse solet,
et debet, qui quo magis pręcipuam, et propriam laude;
sequitur eo studiosius tuetur,et tuendam putat, ut non
nulli, iiq; maximi uiri immortalibus monumentis te-
stentur se pro hominum alienorum tot annis ante se
extinctoru;,etiam dissimili laude, non aliter, atq; pro
patriis fanis paratos esse ad propugnandum, quanto
magis tu ipse tuendas existimare debes laudes tibi co-
gnatas atque,affines, hoc est exempla plena humanita-
tis,moderationis,magnitudinis,animi, quibus uirtuti-
bus tu maxime excellis,quibusq; similis es illis, qui ea
ipsa ediderunt, qui talia edere non potuissent sine his
uirtutibus,in quibus es semper uersatus ęquitate,huma
nitate,animi magnitudine,moderatione. qua uirtutu;
cognatione non minus es cum illis coiunctus,quam si
generis,et nominis esses.quapropter equidem tanquam
monumenta maiorum tuorum illa puto te tueri opor-
tere,et eo quidem magis, quod priuata vnius incomo-
do amittuntur.illa sine maximo damno communis hu
manitatis,sed multo maiori tuę laudis amitti non pos
sunt,neque seruari sine communi comoditate, et nisi
tua summa cum laude,quę tum una cum illis consecra
bitur,quãdo illa ipsa,quo modo magnifice sunt a tuis
similibus tradita, sic fuerint retenta, et plane restituta
isto tuo magnifico exemplo. quare diutius opinor du-
bitare non debeo,quin illa aliquoru; uitio abiecta per
te excitanda putes,quin vna cum isto tuo pręclaro fa-
cinore illa posteris consecrata esse uelis,quin omnibus
magnanimis,humanis, moderatis admiranda, laudan-
da,probanda,illustranda non obscuranda improboru;
exemplis tradas. qui si hunc captiuum non haberes,si
alius quispiam haberet,atque in ipso uel diutius tenen

do,uel grauius dimittendo bonoruȝ uiolaret exempla, abs te quideȝ certe in eo ipso illa ipsa tam prȩcise sanciri oportere existimarem, quam superuacue me facere iudicarem,nisi errorem tibi iniectum esse ipse dubitareȝ, qui te tot uerbis exciteȝ ad ea imitanda,quȩ si alius quis non imitaretur,aliquanto magis,atqȝ adeo iustius,quã ego te,tu illum non modo uerbis,sed factis excitares,⁊ excitandum putares. quare qui te ab illis exemplis ad contrariam licentiam, quam te corrigere oportet , abducere conantur , nihil eos effecturos arbitratur quisquam, cui sit non ignota tuȩ moderationis perpetua consuetudo.cuius quidem cum multis editis speciminibus a b ineunteȩtate incubueris ad extirpandam superiorum aliquot regum barbaram licentiam,iam plane uides te tibi ita cõstare oportere, uix iam, atqȝ adeo nullo modo tibi ut desinere liceat in tanta omnium expectatione , ac potius exactione moderationis tuȩ, prȩsertim cum iam in manibus habeas regis casum huius emendandȩ certissimum argumentum,quo vno his tot barbarismis remedium afferre potes, quod si in re tam eximia,atqȝ prȩstanti negligeres angustum locuȝ relinqueres in posterum non modo huic licentiȩ castigandȩ, sed ne tuȩ quidem humanitati declarandȩ.etenim si in regem humanum inhumanus existeres, quem tandem habebis, in quo tuam humanitatem declarare possis?aliquos ne alios abs te captos liberabis?an regno pulsos restitues?quod sane per se gloriosuȝ fuisset,hoc in hunc neglectum cum omnibus in uisum , tuȝ huic in visius uideretur,si is qui alienis saluti esses,homini tot tecum,et tam prȩcipuis necessitudinibus cõiuncto perniciem attulisses : qui nam postquam hic acerbe abs te habitus esset,humanitatem ab eodem te sperent?ac non quidlibet potius faciant,et patiantur,an inferiores ? at non ignorabunt ueram uirtutem,cuȝ semel excidit,nõ curare reponi deterioribus.quibus tamen si parceres, si dignitati illoꝝ consuleres, quis laudaret? quis non po

tius diceret te magnis inuidisse?ut paruis parceres,an in pares tuos humanus eris? at nulli sunt,qui si essent,quẽ admodum sperabunt libertatem?si eum, quem aliquando parem tuum duxisti, seruire intelligent, uel ex eo ipso,quod liberaris.deniq; quis,aut inquem humanus alius reperietur? Si tu ipse,qui antea semper humanus fuisti,iam in hunc mitem regem acerbus repente extiteris.quid igitur huius liberationem impedit?tua ne consuetudo?at humana semper tua fuit,quę facit, ut id iaȝ integrum non sit,ut si illa licentia,quam dixi non esset his tot modis infirmata,si etiam confirmata, vt et uim ueri exempli,et uero etiam legis tenere posset, tamen captiui fortuna et natura tua debilitaretur.An mores maiorum impediunt?at optimi quiq;,atq; integerrimi liberarunt.an ratio?at doctis placet humanitas. an natura?at hęc etiam feris pręscripsit,ut alterę alteras liberent.An licentia aliquot superiorum regum? at oportet te non modo meliora sequi, sed etiam ex peioribus quęcunq; meliora fieri possunt, ad melius quam optime reuocare.et cum sis rex,et Imperator bonus, melior esse debes,non modo quam exempla,sed etiam,quam leges.cum humanitate,animiq; magnitudine inferior nõ sis illis Imperatoribus optimis,qui Imperatorem nõ potestate,non licentia,sed moderatione,et humanitate iudicarunt pręstare legibus oportere. quique seueriores quasq; leges nouis constitutionibus temperarunt. qui humanas,quam quęstuosas leges sequi maluerunt. qui quos comperissent,manifestoq; deprehendissent conantes ius maiestatis,Imperijq; minuere,atque adeo funditus tollere,et uitam suam,non aperto bello,sed dolosis insidiis euertere,eos legum sententia,et iudicum iudicio iam condemnatos exemerunt ex legis necessitate,et retulerunt ex portis Acherontis,quos illuc lex adduxerat,arbitrati aliam iudicis,aliam regis uirtutem esse, illum nimirum sequi leges debere,hunc uero tanquam legem animatam legum acerbitatem mitigare oportere.

Deum enim ideo Imperium ex cęlo demisisse in terram, ut esset homini perfugium a lege immobili adspirantez, et uiuentem, quo etiam maiore est hic perfugio modera tionis tuę dignus, qui ueras, ęternas, immobiles leges non defugit, sed implorat. atqz obtestatur, ne aliena pec cata, ne temporum uitia, plus possint, quam tot uetera exempla, institutaqz optima, atqz honestissima. et qui te iudicem non defugit, sed iampridem exposcit modo te- cum rem ipsaz consideres, modo in consilio habeas ęq- tatē tuam, alienam autem libidinem, odium, inuidiam, cupiditatesqz omneis nonnulloruz tuorum remoueas. quos quamquam tu quidem, ut opinor, adhibuisti in consilium, siue uerens, ne gaudio, lętitiaqz rerum gesta- rum de statu deturbatus non recte consulere, neqz satis concipere posses, quod iudicium in hunc captum ferre debeas, contra quem liberum ne testimonium quidem dicere te tot sacrę necessitudines uix paterentur, siue ut omnibus mortalibus illustrior tua in hunc fiat huma- nitas, dum per istorum acres sententias intelligetur, quid huic remiseris, tamen rex regium iudicium tuum, quam tuorum pati multo mallet. et tu in minorem inci deres reprehensionem, etiā siquid forte Paulo iniquius iudicares. quod quidem non tam graue uideretur, quā si per tuos iurisconsultos aliquid iniquum in hunc captiuum tuum decerneres, propterea quod nulla ini- quitas hominibus uidetur magis iure improbāda, quaz quę sic fit, tanquam iure probetur. adde quot, idem tu minus errares, quam tui. enimuero tot sacrę necessitudī nes, tot honesti leges te honestissimum in optima, atque honestissima, et uetere fortuna, et plane regia nutritum ut ad ęquitatē reuocare possent, sic istos a recte consu lendo plura transuersos trudere possunt. in primis no- ua fortuna secundę pugnę, quę spem, atque animos in- flare solet non modo eoruz, qui reges non sunt, sed etiā eorum, qui sunt reges, nisi animo regio sint, et quali quidez certe ipse es magno, et excelso, tū tam uehemens

tuorum in te studium, quam acre eorundem nonnullorum odium in hunc est. quorum aliqui nuper ab ipso defecerunt, nonnulli sunt ex ea natione, quę subdita sępe rebellauit a Francorum regibus, et cum eisdem semper simultates habuit, et gessit odio quodam magis inueterato, quam iusto, eoque concepto ex inani suspitione suę peculiaris cuiusdam libertatis. pro qua retinenda si aliquādo Auum tuum defensorem suę libertatis captiuum tenuerūt, nec ulla dignitatis verecūdia, sed armorum metu liberarūt, quid ab iis in hūc, quem putāt oppugnatorē suę libertatis expectādū putamus? nōne omnia acerbiora? quā abs te. prętertim cū sapientium iudicio fieri soleat, ut non qui aliis dominātur in eos quos uicerint, crudeles sint, sed qui subditi fuerint, si quando rebellantes superauerint eos, quibus antea seruiebant. ac nimirum, dicendum est enim id, quod res est, cum multa etiam inuito facienda sint ei, qui pugna euasit superior eorum uoluntate, per quos euasit, quos qui non reprimit, incitat, quid si preterea ad consuetuendum genus pęnę in hostem frequenter excitentur? quo tandem animo eos fore existimare debeo? num aut inconsideratum, aut mirum tibi uideri debet? si quando uereor, ne plusquam licet, tibi consulant, cum eis plusquam uel prope modum liceat, uel certe plusquam ferre possit natura secundę pugnę imposueris. simul et cum principum inquisitio, nō modo ipsorum significatio uoluntatis, sed suę quoque licentię admonitio subditis uideri soleat. nonne uereri debeo? ne quęrentem te, an hunc ista ingenti mulcta affligere tibi liceat, sic audiant, quasi id non solū uelis, sed etiam uehementer cupias tibi licere, ne non tam credi sibi, quam a se factum tuum comprobari putent. deniqz ne non minus tibi concedant, quam sibi licentiam concessam existiment. quare Cęsar noli nonnullorum sectari uoluntatem, quorum consilium in hac re tantū fugere tibi maximus triumphus est, ne ab eis videre cupias, quod ipsos uidere non sinit magnitudo fortunę tuę.

tuę. quorum equidem consilium apud te cęteris in rebus plurimi momenti semper putaui esse, et fore oportere. at in hac re sis contentus illorum studio, quo sępe alias diligenter curare sciuerunt, quid tibi expediat. tuę partes sunt scire, quid te deceat. isti hunc capere, et diligenter seruare sciunt. tuum est scire liberare. non est seruientis consilii, sed tui animi imperantis definire quid, et quantū humanitatis tanto regi, tamque humano humanissimus ipse debeas. cęterarū enim rerum cōsilium a tuis capere potes, huius vnius nū a quoquā melius, quam abs te rationem petere potes, quę simul cum nascente te orta est, quę nullum dominum nouit, neq; ad seruilem mentem aspirare potest. quod si neq; fortunę tuę exaggeratio quicquam luminibus tuorum non ex nullorum obstrueret, neq; prohiberet, quominus uiderent quid captiuo regi debeatur humanitatis, tamē quā auderent ab illa immensa redemptione maximum quęstum prę se ferenti, quā permulti tui decernunt descendere ad cōsilium huius ipsius humanitatis. quam tibi consulo, quę quia gratuita esse uidetur, quia tanquam magna arbor radices non statim ostendit, sic utilitatem hęc non ostentat, nonne metuerent? ne nonnullis, si qui aliquando rerum tuarum studiosiores uideri cupiant, sui obtrectandi materiam darent, pręsertim cum regibus propę omnibus hęc natura esse consueuerit, ut quemque quo infestiorem esse suis hostibus putant, eo fideliorem erga se existiment, ut ideo omnes fere qui regibus inseruiunt quantum maximum possunt cum re ipsa, tum profecto maxime uerbis profiteantur sibi rectum uideri, si ita res constituantur, ut hostes quam maximis malis afficiantur, quod si ita esse existimas, et si vides, quosdam eadem calliditate aciem legū in hunc captiuum instruere, qua armorum solent, eadem ęquitate spicula iuris in nudum intorquere, qua tela in tactum prçliantem contorserunt, eadem lenitate legū astutias in hunc inermem iactare, qua hastas in armatum vibra

runt,legumq; terminos promouere non usq; eo dumtaxat quo pila iacta sunt, sed etiam quo nec dum iecerunt,neq; etiam nunc iaci posse uidentur.quare si ex iis cognoscis tuos nonnullos non mirum esse,si quid iniquum in captiuum hostem dicant.quis dubitare potest? quin tandem aliquãdo illud quoq; ęquum cognoscas, quod non ego magis,quamquã equidem maxime, quã regia ęquitas orat, obtestaturque te, ne nobis amplius tuorum consilium,quominus hic liberetur, opponere perseueres.qui si humanum,si tuo consilio non dissimile consilium darent,tamen plurimum interest ad laudis tuę gloriam abs te tibi datum uideri.ne quod debet esse proprium tuum,fiat commune cum multis,qui in societatem istius laudis uenient,cum istorum sententia non minus quam tua liberari uideretur. et ne deniq; ꝙ abs te solo expectatur,id ab alijs requirere uideare.egregiã; nimirũ,et diuinam Imperatoꝝ dotem clementiã, quam natura in pectore tuo humanissimo exarauit sine ullis scriptis,aut consiliis.cuius uis nisi in animis hominum insita,atq; adeo innata magis esset, quam externa persuasione inducta,nunquam tot,neq; tam gratis ab illis antiquis liberatos legeremus. Apud quos inuenimus non defuisse,qui nunc quoq; non desunt,qui humanitatis perfugium claudere conarentur,permulta quę afferrent,quibus probarent captiuos hostes grauiter insultari debere.quos illi auscultare noluerunt,siue nõ nescii eos,qui principibus seruiunt,tutiora, quam honestiora consilia sequi solere,utilitatiq; principum potius seruire,quam dignitati.et mentem seruientium non posse complecti hanc animi magnitudinem.siue ne cum essent captiuorum regum domini,libertorum suorum uiderentur serui.et ne aliorum licentia suam tegere uiderentur.deniq; ne se hoc est uictoriam suam non uicisse existimarentur, quam uincere non est solum animum suum uincere,sed suorum quoq;,qui magis insolescere solent plures regio animo,et fortuna non affecti,quam

unus animo regio affectus.nonne si consilio suorum, et non suo hostibus consuluissent ? illam qua in hunc diem laudantur,et semper laudabuntur exuissent.num esset?cur alios aliis clementiores in hostem extitisse existimarentur, sed tantnm feliciores ; qui sortiti fuissent humanos ministros,et potuissent illi quidem suam cupiditatem tegere speciosis nominibus iuris cum uictoriç mala causa uulgo esse non uideatur, nisi sub bono uictore,sed hoc quoniam suspitiosum,quoniam quidé uulgare uideri potuisset,prçterierunt.quis non ipsa quç impotentissime facit,specie aliqua recti induat ? uelitq; uideri eis quos lçsit,beneficium dedisse.neq; quisquam quç fiuit aliena,quin maximam çqui,et boni specié prçtenderit.neq; tamé nó exopto quamplurimos tibi adesse in consilio,et si causas affero,cur nonnulli ex tuis satis recte tibi consulere non possint.Primu; cupio ipsu; te tibi esse in consilio. nemo melius tibi ; quam tu ipse consulere possit,qui si tibi obtemperaris,si tuç naturç, bonitatiq; obsequare,si quod iustum sentis iudiciu; in hunc tuleris,non uereor,ne quid immoderate, nequid acerbe facias.tum si contentus tuo iudicio nones, quo uno nos contenti essemus,et quod unum,et solum instar multorũ existimare possemus,in quo futura sit lex, religio,çquitas,fides tua,et conscientia mentis tuç. uerumtamen si tuo iudicio contentus non es,et si vereris, ne cuiusquam libidine impediaris,idcirco prçter te aliquos adhibere uis in consilium,potes et quide; permultos,non modo de uiuis,qui aut ex naturç suç moderatç,et minime pertinacis,aut ex mansuetiorum literaru; sensu moueri poterunt ad iudicandum, sed etiam optimos quosq; defunctos.qui sine amore,sine cupiditate, et rursus sine odio sine inuidia,sine metu tibi consulét id,quod sine cuiusquam consilio tibi consulit natura tua,et regis fortuna,quam utramq; si prius considerassėm,quam naturam eorum,qui apud principes fere uiuere solent,non modo non timuissem nonnullorum tuo

rum consilium secutus communem hominum imbecil litatem, quibus sępius uenire solet in mentem, metus eorum, qui lędere, quam spes eoruȝ, qui benigne facere possunt. Verumetiaȝ causas prętериisseȝ, quas permultas ante dixi de ratione humanitatis. nam cum eius pręcipua conciliatio magis posita sit in sensibus, quam in exquisitis rationibus, regis fortuna ante oculos tuos posita, quid facere debeas, te tacita docere potuisset sine aut meis, aut tuorum rationibus, quibus omnibus ipsa humanitas anteuertere solet. et occurrere calamitosis etiã non postulantibus nullo capto consilio, nulla lege cõsulta, nulla ratione euocata. cui summa lex, summa ratio, summum consilium est ipsa infelicitas, quam satis multatam existimat, si ei ignoscere potest. quę quidem infelicitas frangit permultos qui nulla ratione uincerẽtur, et reconciliat, quos non sanguis, non alię necessitudines, non uetera beneficia, non consiliuȝ, non ęquitas, non honestatis pudor, non uirtus, non utilitas reconciliare potuit, ut uel apud barbaros hostes infelicium nomen ualuerit sępe plus multo, quam aut sanguinis coniunctio, aut florentes opes. quibus duȝ florerent auxiliari noluerunt, sed permiserunt eos profligari, et frangi, et fractis auxiliati sunt. atqȝ adeo infelicitas odium seruitutis, quã quamquã nihil sęuius cum in patronos potestateȝ nacta est, tamen mitigare potest, ut persępe pleriqȝ, qui seruitutem felicium reguȝ effugissent, sua sponte redierint in pristinam seruitutem, cum ipsos incidisse uidissent in calamitatem: quę cum etiam in rebus alienis, quas fictas esse scimus, et inaneis tantum possit, ut nõ solum sine ratione, sed etiam sine re lachrimas attulerit crudelibus quoqȝ nonnullis barbaris, nõ modo humanissimis, cuiusmodi et es, et semper fuisti. Nę ego timidior fui, quam oportuisset, qui in rei uerę, et tibi omni ratione germanę infelicitate timuerim, ne plus alienę cupiditati liceat, quam tuę moderationi; pręsertim qui de tua moderatione colligere potuissem multa alia,

sed illud maxime, quod omnes iamdudum colli-
gunt, non esse uerisimile, ut qui hostium fortissimo-
rum consiliis iampridem uictus non sis, repente nunc
uincare cupiditate nonnullornm tuorum, et qui quem
pugnantem in prelio, cum res uim et seueritatem postu-
labat, seruasti, & pugne ferocitatem uicisti, nunc cu3 res,
et cause te omnes ad lenitatem, atq3 humanitatem exci
tent, a natura tua, cōsuetudineq3 desciscas. qui simul at-
que hunc cepisti, literis, nunciis ipsum erexeris ad benē
sperandum de te, uelis iam ad desperationem adduce-
re. Itemq3 q nihil insolentie statim in ferocitate recētis
pugne edideris, sed omnia moderate feceris, teque ad di
uinas supplicationes cōuerteris, num quis vnquam cre
det ut iam tanto post descendas ad ratione3 redemptiō
nis immensam, immoderatam, intolerabilem a tua con
suetudine alienam, ut communem sensum nature, que
nobis aduersus calamitosos genuit non solum misera
tionem, sed etiam religionem, tu ipse repudies, quem te
omnes etiam alie cause, sed maxime peculiaris tua na-
tura, et propria nomina clemente3 promittunt, et spon
dent. quis nescit Carolum, Cesarem nomina non ar-
mis magis, quam pietate, atque humanitate in eos, qui
in se fuissent iniurii nobilia, et gloriosa facta fuisse, et
fore multo magis isto humanitatis officio. per quod ti-
bi pepereris piorum, et magnorum regum nomina. que
adhuc habes uel hereditaria, uel donata, quorum om-
nium consideratione postquam penitus te tandem ali-
quando recognoscere cepi, iam tum timere desino. sed
ita, ut si omnia, que ante dixi non essent tanta, si non
tot commoda, si tanta laus, si tam sancte necessitudines,
si tot honesti leges nō essent, si etiam plurima exempla,
atque instituta fortissimorum, & preclarissimorum uiro
rum essent nulla, si tot iura non pro captiuo rege, sed
contra permulta essent, tamen sperarem debilitatu3 iri
cum natura tua, tum captiui regis fortuna, cui parcere
debes, etia3 si illi nō parceres. eteni3 cū fortuna, magnā

parteȝ mortaliũ dimittat a legibus,nec ulla ſint tam triſtia iura, ut ea in aduerſis patiantur homines,cum aliquod tempus immune a legibus miſerię faciant, non modo fauente natura,ſed etiam ſuadente, quę optima, atque optime ab ipſa informati uiri, cuiuſmodi ipſe es in miſeriis,non cauſam,ſed fortunam ſpectare ſolent, iniquumque ducunt calamitoſum hominem legibus inſequi,propter quod legibus liberatus ſit,et aſpere tractare, propter quod humanitate dignus ſit, profecto nolles miſeram ſorteȝ,quę ſępe multis opem, et saluteȝ inter barbaros ferat,eam abs te mitiſſimo acerbam,perniciem ferre homini calamitoſo, et eas illi cauſas eſſe periculi,quibus pręcipue et captiuum ad obtinendam ſalutem uti poſſe, et captorem commoueri debere omnes arbitrentur.denique agnoſceres ultionem,et ſi tibi antea iuſta fuit, iam iniuſtam huius infelicitate eſſe factam. iuſque ulciſcendi eſſe tibi ereptum ipſa infelicitatis conditione,quę uirum humanum non ſinit excitari ad excutiendas ultionis cauſas,ſed ipſum potius inclinat ad humanitatem, quę examinare non ſinit, quis ſit infelix, ſed poſteaquam aliquem ſenſit infelicem, eſſe ſtatim eorum, quę paſſa eſt obliuiſcitur. itaque ipſa infelicitatis ſpecies omnibus uiris clementibus ſatis eſt; ſicut aliud quoddam ſignum ad uim iniuriarũ debilitandam,qua matris uictrices placauit Oreſtes, et paruus Priamus ferocem Herculis animum flexit, cuius uiribus omnes ceſſere ferę qui quod regnum ceperat, eidem Priamo reddidit.quid alios permultos commemorem ? quoties calamitates hoſtium flexerint,lenierint, mitigarint, amicoſque ex hoſtibus fecerint. quid quoties,quos contra iamdiu,multumque pugnaſſent,repente hoſtium cladibus commoti pro eiſdeȝ contra alios pugnauerint. quid ita?quia quam facultatem ſibi ſors permiſiſſet iniquum arbitrarentur in eos mulctandos conſumere,quos eadem fortuna pauloante in ampliſſimo loco collocaſſet.quia putarunt hominibus miſe-

ris humanas offensiones non modo obicii oportere, sed ne iniuriarum quidem in calamitosos reminisci humanum existimarunt adducti animi magnitudine, quę cum hostem in potestate habet non solum magnam ultionem existimat ulcisci potuisse, ac claram cum potuerit noluisse; sed etiam satis mulctatum existimat, et iudicat si sua opera egeat, maximumque ultionis genus arbitratur uidisse tali hostem esse fortuna, ut sua clementia dignus sit. cuiuscemodi animi magnitudine nisi et te prędituum existimasset, et nisi ipse quoque pręditus esset, nisi suam fortunam satis pro se locuturam apud te sperasset, nunquam, opinor, se continere potuisset, quin literas sane longas, quales misera fortuna producere solet, ad te potius scripsisset, quam breues illas, quas ad te misit, simul atque in tuam potestatem incidit. quibus quidem non causas, non rationes affert, quas permultas ego attuli ⁊ quas ipse plures, ⁊ uehementiores afferre posset. neque commoda demonstrat, quę ab ipsius liberali dimissione te percipere posse demonstraui. neque de iure tuo ut decedas, quicquam postulat. immo uero redemptionis precium offert, atque id ipsum, quod par sit regem Gallię pręlio captum persoluere. neque quod poterat adit te cognatum cognatus, non generum socer, non tot alias pręcipuas necessitudines, sed ne communia quidem humanitatis iura, non communes fortunas commemorat, non similium accidentium metu, atque religioso horrore homo hominem te commouere tentat. non denique alieno exemplo, sed suo te simpliciter, et regie admonet, ut de te statuas, quod sua fortuna, ⁊ tua natura te docet, qua admonitione non minus intelligere potuisti, quid, ⁊ quantum hic quidem de tua uirtute sentiat, ⁊ iudicet, quam quid et quatenus de huius ipsius fortuna existimare, ⁊ iudicare ipse possis ⁊ debeas. Cuiusmodi perquam breui admonitu numquam contentus esse potuisset, nisi te prudentem, moderatum, fortem, magnani-

mum existimasset. cuius fortuna, ut cupidos dementes forsitan admonere possit libidinis, atque insolentię, te quidem certe sanum hominem admonere debet continentię, et moderationis. in quo quidem ex opibus summis opis egente quamquam expertus es, quam fragiles sint humanę opes tamen ut Philippus cum maximam victoriam ad Cheroneam adeptus esset, ne insolentia uictorię efferretur, puerum constituit a quo frequenter admoneretur se hominem esse, ita tu ipse qui nec uirtute, atque humanitate iam cum Philippo solum, sed uero etiam cum ipsius filio sis Imperij felicitate conferendus, facile patiere, ut id, quod omnium optime per te scis, et si nescires regis fortuna te docet, ego te semel admoneam ex communi marte, uti mecum recognoscas, quod sępe cognouisti, rerum humanarum communem sortem reges quasi de comica scena in tragicam, et rursus ex tragica in comicam permutare solitam, sępe eos magnis exercitibus, multis uictoriis, amplissimis regnis ornare, in summãque prosperitatem efferre, sępe uersis in contrarium rebus fugatos, uictosque ex ingenti prosperitate in extremas offensiones ita sępe deturbare, ut euripus, ut syrtis constantiores motus habeat, quã uolubilis regum fortuna, quę multis vndique agitatur fluctibus, sed maxime communi belli marte, cuius euentus nescit mortalis quisquam, quamuis sit sapiens, et fortis, sępe enim male consulta bene eueniunt, et plura quę bene consulta uidebantur in contrarium ceciderunt. Perraro bellum eo euenit, quo euenturuȝ existimatur, multa ipsum per se pręter illa quę adsunt, comminiscitur, quorum ancipitem, et lubricam sortem suspensus sequitur sapiens, et incertos sequitur euentus certis cõsiliis, et quidem certis usque eo, quia certa deliberatione hominum inita sint, et quia quę inita sunt fieri non possunt, quin inita sint: uerumtamen incerta sunt ipso euentu, qui incertus hoc certi habet. ut etiam consilia, quibus cętera certa existimãtur, subiecta sint fortunę.

nam

nam ea et temporum sunt, quę in horas mutantur, et de futuris capiuntur, quę opinione, et cōiectura potius, quam scientia eliguntur, sed ita ut uel ad cōiicienudm sint non modo homini difficilia, sed ne Apollini quidem perspicua, neqꝫ in nostra potestate. Quocirca quisque suam fortunam habet in consilio, cum de aliena deliberat. quo consilio, qua coniectura bellorum exitus pręcognosci possunt, cum uix dum fiunt, ne summa quidem animaduersione cognosci possint, ut et uictor, et uictus euenta citius, quam causas sępe uideant, adeo enim sępe sine ulla aperta causa fit alius uictor, atqꝫ exīstimabatur, ut nōn unquaꝫ ita uictum esse etiam uictor admiretur, quasi ipse non uicerit. quo consilio hęc prouideri possunt, hoc uel illo modo facienda esse, quando quéadmodum, et quare facta sint, ne postea quideꝫ quā facta sunt, intelligi sępe possint. Mitto maximos, et grauissimos belli casus, eosqꝫ innumerabiles, qui perinde perdifficiles ad cognoscendum sępe sunt, uix vt, aut nullo modo ipsos humana mens cauere possit, quomodo leuissimos casus effugiet, qui ex uicto uictoreꝫ, ex uicto re uictum exercitum sępe efficere solent, quos ut omittam, cęteros eosqꝫ infinitos. quid leuius fama? qua bella constant, quę paruis momētis multa aut affingit, aut mutat, aut detrahit, et militię probra sępe uertit in gloriam, quid tam uolucre, quam animus militum, qui paruis momentis in spem, metumqꝫ inclinātur et uanis magis, quaꝫ certis causis sępe mouentur, inaniqꝫ opinione plerumqꝫ magis quaꝫ uera ratione cōmoti se in fugam conferunt et quod falso crediderunt, ueri uiceꝫ obtinere uolunt, idqꝫ solum metuunt. quod primū formidare cęperunt. Sed quam inanibus de causis maximi Imperatores uicerint, uictiue sint, si commemorare uelis mihi fere omnes omnium Imperatorum uictorię excutiendę essent. Etenim quę nam unquam fuerunt? quarum maximam partem non confecerint paruulę sępe causę, ut falsa suspitio, ut repētinus terror, ut obiecta religio, ut

inanis apparatus,ut īfinita alia inaniora.quoties vnius fuga formidinem,et trepidationē iniecit toti exercitui? casus unius equi equitatum euertit?una hasta transuersa ordines turbauit?ut sane nullum sit tam paruū momentum,quod non ad maximam uictoriam maximum pondus sępe afferat,num igitur in tanta rerū humanarum fragilitate quicquam minus certum sperari potest, quam uictoria?quam sępe pariat desperatio multoq; insperata uictoria interdum certior sit,quam sperata.nū magnum?num mirū uideri debet?consilia in marte insano esse incerta. cum non solus mars, sed Mercurius quoq; cōmunis sit.quod et ex alijs plerisq; artibus, et ex oratoria cognoscere licet. cuius peritissimi sępe ab iis,quos reos agerę ultro appetiissent, rei peracti sunt. quorum quisq; ut nihil ex tempore,nihil fortuito, sed omnia summo consilio,summa arte,cui inest constantia,elaborata,percepta,diligenterq; memorię mandata se habere existimat.et iam longo usu tot annorum nunquam nisi optime,et facillime solitus est dicere, ita maxime dubios orationis euentus pertimescit nō nescius quā minimo mométo causę facta euertantur.quod fecisse etiam is scelus sępe inuentus sit,qui obijcit.et uero etiam ex poetis patet certaminum incertos esse exitus. Menander a Philemone nequaquam pari scriptore sępe uictus est,quem cum forte obuium habuisset, quęso, inquit,bona uenia dic mihi Philemon, cum me uincis, nonne erubescis?Quid quod ex comediis,quas idē ipse menander plusquā centū fecit,solis octo uicit.quid euripides?nonne cū quinq;,et septuaginta tragędias scripsisset,tamen solis quinq; uicit,in cęteris uero uictus est ab inferioribus poetis.quid Sophocles ? nōne uictus est a Philocle.num contra Oedipum quicquā potuit dicere Eschilus?nū ergo deterior Sophocles Philocle?neq; solum Martem,et Mercuriū cōmunes facit fortunę ludus,sed etiam hominū natura non modo corpora, verumetiam animos vsq; eo dissimiles finxit,sępe utvnus

idemq; homo non modo in rebus diuersis,hic quidem fortiter, illic segniter se gerat,sed in similibus quoq; re bus modo inauditam celeritatem, modo incredibilem ignauiam ostendat ut aliquando quidem fortissimus, nonunquam uero timidissimus videatur,ut qui paulo ante salutes desperassent,nunc non desperent uictoriã, ut pauci senes sustineant hostium aciem cui par aliquã to ante uniuersa iuuentus esse non poterat.quis nescit: ut ad alliã omnis fere exercitus se in fugam contulerit, ut ad furcas caudinas,antequã in aliquod certamen ve niret cum hoste,arma tradiderit hosti,ut postea idẽ ip se exercitus,qui ab allia ueios perfugerat,urbem recepe rit,ut Caudinę legiones,quę sine armis redierant,arma tę remissę eundem illum hostem,quem antea fugerant, sub iugum miserint.sed tempus me deficiet, si numerare uelim,quot,quamq; multi eos a quibus fugati fuissent, fugarint,et qui armati fugissent, nudi insecuti fuerint, obsessi obsessores obsederint,exuti regno paucis militi bus regnantem exuerint plurimis copijs stipatum,etval latum maximis opibus incerto exitu pugnarũ, marteq; communi,qui sępe spoliantem,et exultantem euertit,et percellit ab abiecto,cui auditę non sunt pugillũ leges: et certamina,quod ii q succubuere sępius superant eos, qui superiores erant,et nescio qua occulta ratione qui fortiores uicerãt ab inferioribus uicti sint,et qui nuper multis et gloriosis uictoriis,qui infinitis Tropheis, qui triumphis ornati erãt,qui sua uirtute pauloante tantũ terrorẽ hostibus iniecerant, ut hostes supplices pacẽ cu pide expeterẽt,ac uehemẽter postularent,paulopost om ni facultate rerũ,omnibus copiis,omnibus opibus, om ni potẽtia spoliati ne uitã quidẽ in tuto habuerint.qui sane exigui tẽporis interuallo peruenerunt in potestatẽ eorũ,quos modo ne uitę quidem suę compotes relin quebant, nisi se sua que dederent. itaque quando affli ctis parum miserati sunt, effecti sunt miserandi. neque modo homines fortes sępe terra marique offenderunt,

Annibale callidior? quis prẹstatior? sed tamen ille post tot uictorias, post omnem Italiaꝫ prope sub iuguꝫ suuꝫ missam, post urbem Romam fortissime obsessaꝫ, post in gentes illas cogitationes, quibus orbis terrẹ Imperium sibi promittebat, amisit omne Imperiuꝫ, armaqꝫ abiecit uictricia, atque ex prẹstantissimo Imperatore factus est miles mercenarius. et qui tot annos alienas, et ualétissimas gétes insecutus fuerat, repente tuꝫ a suis fugitiuus factus fuit, cum illi ipsi imbeciliores facti fuissent. Quis Pompeo ationeꝫ militareꝫ celerius adeptus fuit? quid demum Pompeii magni authoritate maius aliquando? quis diutius felicior? at quidem idem ipse duodesexagesimum annum agens post tres consulatus, post mare receptum, post domitum orbem, post tot uictorias, quot sunt humana genera bellandi, post tot triumphos, quot sunt orẹ, partesque terrarum contra omnem rationem uictus uidit legiones in conspectu suo cẹsas, et ex illo prẹlio in quo prima acies senatus fuit, se superesse. et qui olim bellum seruile confecerat amisso exercitu nudus in seruorum ferrum, et manus incidit. de cuius capite pupillus, et spado tulere sententiam, ut in eodem mari, in quo antea mille nauium ductor nauigasset, in lembo trucidaretur a uilissimo ẹgyptio pridie eius diei, qui natalis Pompeii erat, quo etiam Pompeius de mithridate, de piratis triumphauerat. cuius uiri ortus, et exitus non dubito, quin qua sapientia es, te plus reprimat, quã excitet uana uatum ex natalibus astris natio, quẹ quia hunc cepisti eo ipso die, qui casu idem tibi natalis fuit, fatorum munus primum, et maximum tibi ut sẹpe promittat in luceꝫ te statim felicem uenisse. profecto sapientibus te tum probum tum magnum ex hac luce excessurũ huius liberatio pollicetur munus maius, et diuinius. enimuero ut magnus, ut mirabilis quibusdam casus uideat te tuo natali die regé cepisse, sapientibus quidé certe nó modo maior, et admirabilior uidebitur felicitas, et laus, sed etiaꝫ maxima sapientia, et scientia tẹ sciuisse,

et potuisse eo ipso die,quo genitus sis, gignere regeʒ po tentissimū necessitudine filium ac conditione nascendi geminum fratrem,et quidem, utrumqʒ coniunctiorem, quam si uel tuo corpore genuisses uel tecum genitus es set geminus,cuius liberatione effeceris,ut diem tuuʒ na talem uere diem natalem totius orbis appellare possu mus. ue um siue duce tum genio tum uirtute tua siue comite sorte Februarii diei quarti et uigesimi, qui ali quando etiam certis et diuinis uiris incertus et fortui tus fuit, in quem etiam concedunt fortuiti dies,qui bus omnia cedunt,tamen regem primo quoque die hu maniter liberasse,quaʒ fortiter cepisse illo ipso die,quo genitus sis,pręstātius erit,et tuę uirtutis magis propriū, conuenientiusque indulgebis genio, si illum dieʒ,quo homo natus es, humanitate hominem prosequare, si ef feceris,ut uetus amicitia uestra inter uos renascatur po tius,quam odium.nam cum amicitia sit or tus omnium rerum,inimicitia uero interitus,tuus natalis dies postu lat,ut se colas iis rebus,quibus cum sempiternus consi stet,et sine quibus nunquā extitisset. par est iura ipsius naturę ut serues die,quo natura te protulit, non cōue nit te statim ut libertatem sis adeptus à natura, quę om nes liberos esse uult,ipsius prima iura relinquere,et re pente a primo iure decurrere ad extremū, et inimicissi muʒ ius,hoc est ad seruitutem,quę longo seculoruʒ in teruallo inducta est,postea enim quam inuidię lites, ty rannides ad cupiditatem diu multumqʒ humanū genus impulere,id quod consanguineum erat,et maximi con iunctum scissuʒ est in disiunctissima, maximeqʒ inter se diuersa nomina ac naturę generosa ratio per auaritiam est dissecta.quocirca natalis tuus iterum te admonet,ut primam honoris respicias ęqualitatem,et non in extre maʒ diuisioneʒ,non in legeʒ dominantis, sed cōdentis. adiuua pro uiribus naturaʒ ueterem.honora libertatē. sine paulisper respirare naturę iura.retineat natura ius suum apud te saltem primo die,quo te produxit.retine

nebit autem,si eo die quo ipse a maternis uinculis liberatus sis,uincula non intuleris ei,qui aliquãdo tibi fuit in parentis numero.si libertaté eo die,quo tibi data est, nemini eripueris,morę,institutoq; maiorum,qui cũ die natali munus anniuersarium genio soluerent, manum a cęde,et a sanguine abstinebant,ne die, quo ipsi lucem accepissent aliis demerẽt.tu vero uide ne te huic dempsisse pleriq; dictitét,si hoc animo hunc cepisses,ut diuturno carcere spolietur dignitate,et seruitute constringatur,nam sine illa,et cum hac nulla uita est,sed plusquã mors.quare quęso Cęsar,sequere ęternos mores principum,qui primum ut ingrediuntur in ciuitatem aliquã; quamquã non magnã,illius ciuitatis captiuos liberãt, tu uero libera,quem cepisti eo die,quo primum primam ciuitatem omnium ciuitatum parentem uera;,et germanam ingressus es.quem si a tuis captum inuenisses,liberari abs te oporteret propter diem tuu; natalem.qui postulat,sui ut sis memor,ut memineris te cęteris Imperaturũ uita; a uinculis auspicatum esse, te nimirum stati; natum uincula excepisse,et manibus, et pedibus deuinctis iacuisse,ut ex uinculis tuoru; incunabulo; alienis recordarere humaniter esse consulendum, ut cogitares te hominem aliquando captiuũ homini captiuo humanitate; debere,ut intelligeres non modo que; regem, et quã potentem die natali tuo ceperis,sed quis te eodé ipso die,quam infirmu;,quam abiectum excitauit? quis ligauit?quis exsoluit?num tua uis?num tuũ robur? num tua ratio?num uirtus?num cõsiliu; ? nu; animus tuus ? an non potius alienũ robur,aliena potẽtia, alienũ auxiliu;,q nisi humana ope alterius hominis excitatus,cõfirmatus fuisses nunq̃; omnino ne ex uinculis quidé,quibus alligatus eras ad salutẽ,ad robur,ad uires tuas cõfirmãdas expedire te potuisses.Itaq; nõ solu; tuus ꝓprius, sed etia; cõmunis genius,qui natale temperat astru; omnium hominu; naturę deus humanę in unum quodq; caput vultu mutabilis,albus,et ater,ne lõgo captiui car

cere neue longę seruitutis conditione sibi memori bre uis ęui litare uelis, te admonet, sed potius intueare tum aliorum permultorum, tuʒ Pompeii ortum, et exitum, quem quis credidisset vnquam? cui modo ad uictoriaʒ terra defuerat, deesset ad sepulturam, corpusque sepelliret naufragus ignis, ⁊ collecta fragméta rogum Pompeii facerent, quo integro nihil maius fuit. Quis Cęsare maior? qui magnum uicit. at uero hic sępe testabatur se sortis beneficio fortuito maximum euasisse, et ex audacibus facinoribus periculosa, et magna aggredienda esse, sed citra consultationem. is tandem rerum humanaruʒ fragilitate in curia pópeiana, ante Pompeii statuaʒ, in conspectu tuʒ senatus, cuius maioreʒparteʒ ipse constituerat, designauerat, conscripserat, tum tot centurionum suorum a ciuibus, qui pręstantissimi erant, et nobilissimi, et quos idem ille maximis beneficiis affecerat, interfectus est, sed ita, ut ad eius interfecti abiectuʒ corpus nulli amici. neqʒ serui ex maximo numero accedere auderent. quis vnquam pręstantiores uictores uicit quam seleucus? qui solus reliquus de cohorte Alexandri cuʒ uicisset eos, quibus orbeʒ Alexander uicerat, se diuinuʒ arbitrabatur. ignarus fragilitatis humanę, quippe qui septem Menses post a Ptolomeo tum regno Macedonię, quod ille lysimacho eripuerat, tum pręterea uita priuatus fuerit. Quis Romano populo potentior? quis populus rei militaris peritior? qui ter aduersam pugnam in eodem pręlio corrigere arte militari et sciebat, et poterat. quis consiliis pręstantior? at quidé hic, si belli euentus cósiliis scire potuisset, non consilia, uel instituta dimisisset, uel habita rescidisset, non res susceptas diremisset ad significationes alitum, non rationis expertiuʒ iecore plusquam suo sapere uoluisset, nisi belli exitus uolucriores ipsis uolucribus existimasset, non fortem fortunaʒ uocasset, non uiri nomine dicasset, non eius sexcenta nomina, quibus eam honorifice, et appellabat, et uenerabatur, consecrasset, nisi arbitratus esset in vi-

ctoria

ctoria obtinenda priores partes fortunę esse, nisi malo rem uim in ea reposuisset, quam in fortitudine, et consi glio. non bellum, quod magnum, et periculosum cómo uit cilix pirata consulibus gerenduʒ dedisset. non con sules ancipiti marte illud pugnassent, non romana ar ma cessissent ferro eorum, qui ex ergastulis profugerát. nam prę magnitudine romani Imperii contemnendi ui deri poterant pauci insulani, et serui, cum ornatu rega li exuleʒ construum suum ipsi exules, et fugitiui ab or be, in lucem totius orbis producerent, qui totius conti nentis incendium excitaret. quis incertos rerum huma narum casus non admiretur? quis nó uaria; et maxime a pręsentibus diuersa expectet? quis deniqʒ contra, atqʒ humana mens expectare potest, non aut speret, aut me tuat? cum gens sine nomine cuiussuis uictoris pręda im perarit gentibus, sub quoruʒ Imperio seruũ vulgus fue rat. quis cleonem temerarium, furiosum, Garruluʒ cre disset intra uicesimum diem, postea quam nauigare cę pisset de spartiatis reportaturuʒ esse victoriaʒ, quaʒ ma ximis labroibus, plurima obsidione uiri fortissimi, et sapientissimi assequi non potuerát. vnde nisi ludibrio reruʒ humanaruʒ factuʒ putamus? ut Narses eunuchus seruare, ac prope euertere Italiaʒ potuerit, gottoruʒ nó men sustulerit, nouamqʒ genteʒ induxerit. admirandũ profecto paruum exercitum expulisse Dionisiuʒ e sici lię regno, quod adamáte munituʒ illi relicturuʒ illius pater gloriari solebat. admirabilius autem eundeʒ illũ exuleʒ, atqʒ abiectuʒ decimo anno postquaʒ in exiliuʒ proiectus fuerat, regnuʒ recuperasse. Athenienses Impe rio priuati, et suis manibus Athenarum muros demo liri coacti, et tantopere ex antiqua forma mutati, ut tri ginta dominis, et lacędemonioruʒ pręsidiis serui rét se ptuaginta uir oruʒ opera urbeʒ recuperarunt. quis ma riũ in paludibus demersuʒ iudicasset cósulé fuisse? aut fore? quis crepidinibus Africę ipsuʒ esse capturũ orbẽ quem quando Mendicus per Africaʒ erraret, Romani

desplicebant,cum paulopost Romę dominantem suspe xerunt.quid alios infinitos enumerē?quos non hominum memoria,non literarū monumenta,non terra ipsa capere queat.in quibus uelut ambitiosius ostentauit natura humana posse ex infimo loco ad supremum fastigium euehi homines,atque euectos deinde rursus deturbari breui momento.tam communis est omnium rerum fragilitas,ut regum quibus nihil humanum potentius,neminē sapientes dixerint non ex seruis esse,neq; seruorum quemquam non ex regibus oriundum,omnia humana miscente longa uarietate,et sursum,deorsumq; uersante.en firmitas,en constantia rerū humanarum,cur felix stabilem esse suam felicitatem arbitretur,cur mortalis immortalia odia suscipiat,cur potens efferat se in potestate,cur homo in hominē durus,acerbus,pertinax sit,quam infirmitatem humanę conditionis esse communem expertus Agrippa rex recte catenā,quā quando captiuus esset,ligatus fuerat in templo suspendit, ut omnibus ostenderet posse ipsis tantumdem accidere,et posse eum,qui corruerit,denuo excitari.recte minus crudeles existimantur esse qui sępe periculū utriusq; fortunę fecerūt.recte maximi Imperatores maxima Imperia cum momento obrui uincendo didicissent,sibi moderati sunt,et aliis pręceperunt,ideo neminem quicquā in quemquā superbe,neq; uiolenter cōsulere decere.recte pro vindicta Democrito risus, Heraclito lachrimę occurrebant,recte illi,quos ante cōmemoraui,moderate egerunt cum captiuis hostibus,ne sapientibus desipere uiderentur, qui fortunę temeritatē mulctarēt in homine,cuū mulctā,quāuis maximā afficerentur, sibi inexploratum esset,quamdiu retinere possent,quiue ex communi malo,communi metu communi periculo occasionem arriperent ad propriū suū odiū depromendum in aliquem afflictum cōmuni sorte,propter quā amore dignus sit, non modo permittente,et suadente natura,quę homini aduersus hominē in-

felicem charitatem, et religionem ingenerauit, sed etiã quia fine hostis fortuna illorum uirtus, et fortuna co gnita non esset. recte qui diuturno carcere uindice nefarioruz scelerum, acerbaque redemptione captiuos hostes affligere noluerunt, ne fortunaz in culpaz conuerterent, neue fortunę temeritatẽ pęna sceleribus debita insequerẽtur, in quã sine scelere ipsi incurrere possent. q̃ nemo, nulla innocentia, nulla fortitudine, nulla sapientia, nulla probitate effugere potest. nuz Socrates effugit carcerez? num seruitutez Diogenes? nuz Plato? at qui uiri? quo iudicio? qua sapiẽtia? a quibus non soluz sapiẽtię, sed etiaz ingenuę libertatis pręcepta manarũt. nuz quisq̃ deniqz unquã fuit aut est? qui gloriari possit, ego seruitutem, ego carcerez non patiar, pręsertim si diu uixerit. naz cõmunis sors pręclarum ducit in longioris uitę regibus utrasqz uires suas ostendere, ut qui duces nisi secundã experti fuisse dicuntur, iuuenes fere mortem obierint. neqz enim ea ętate, qua ipse es, fuit hecuba, cuz seruire cępit, nec crœsus, nec Darius, nec Darii mater, nec Diogenes, nec Plato, nec Priamus, nec Demetrius, nec Crassus, nec Põpeus, nec alii innumerabiles, pręstantissimi duces cuz istud essent ętatis infelices erãt sed post permultas uictorias natu grãdiores cõtra suã spem, et pręter omnium expectationem in maximas calamitatates inciderunt. neqz enim tot duces, cum felices essent eredebant se aliquando in tantas calamitates peruenturos. neque Atheniẽses cum reges seruos haberẽt existimabant fore aliquando, ut uel seruos ex barbaria ęre comparatos cogerentur donare libertate, et urbe, quę una et sola gloriabatur se indigenas ciues ꝑduxisse. neque Syracusii olim liberi populi, cuz tributuz exigerent a populo Chartaginensi, et suis uicinis imperarent, reputabant se aliquando sub imperium sui unius scribę, ignobilis Dionisi casuros. neqz Dionisius putabat se multas triremes et urbes possidentem uno nauigio Dionis deiiciendum ex regno. Quę cum ita sint,

quid est,quod non timendum putes tibi felici? quid de sperandum Gallis infelicibus?et si cogites quidquid in tot summos duces incurrit in te quoque posse incurrere,si ex equa conditione omnium existimes neque presentis felicitatis robore, neque accessione aliarum rerum fortunaz perpetuo tibi fore secondaz, neqz Gallis aduersam: si denique tecum reputes tantum in omneis homines fortune licere,ut nó modo hic,quez captiuuz tenes,sed quiuis humillimus tā te seruuz uidere possit, quam tu hunc liberum,profecto nequaquaz obliuisce re tue precipue magnitudinis animi,neque communis humanitatis,quin hominis calamitate flectaris,qua frā gitpotes non modo permittente deo , sed etiam impel lente,qui quod non solum a Christianis, uerumetiam ab omnibus seculis etiam a nostra religione remotis ue re,sapienter,et constanter,creditur utramque fortunaz hominibus dare,augere,minuere,tollere,moderari,sed ita,ut moderatam uim prouehere soleat.tantumne?im mo etiam immoderatam deprimere optimus ipse optima uindice insolentie uarietate rerum humanarum,et qui quia tantum moderationis erga infelices expetit a felicibus quantum si in eam sortem cecidissent,sibi ipsi prestari expeterent.ideo cogitare debes non tam quid ab huius carcere opime prede assequi possis, quaz quid tibi in tali re constituto fieri optares,neqz te expectare tamdiu oportet dum ex te ipso discas , quantum mali sit homini misero negare honestam salutem,quantumque boni salutem dare,sed ex alienis calamitatibus hec disce,et rerū conuersiones sine huius infelicis euersione,et sine inuidia dispone,ne tua facta deus reprehēdat, neue homines non laudent,et improbent.illa eniz apud Deuz,et homines minus reprehensionis, et minus inuidie habent ,que plus habent moderationis. Quapropter quoties cogitabis quis quem,et qua exceptione captiuum hunc tibi dederit,toties hunc liberandum iudicabis.deus enim ita tibi hunc commodauit,ut non do

nauerit,itaque potestati tuę permisit, ut cōmiserit iudicio cōmunis humanitatis, hoc est illi faceres, quę si in eiusmodi fortunam incidisses,tibi fieri optares. Quid hoc sola religio nostra pręcipit?immo uero omnia iura,omnes leges omnium gentium, non modo scriptę, sed natura ipsa,et sensus communis omnium gentium hoc idem iubet,et sine ullis scriptis exarauit in pectore optimi cuiusq; . quod signũ tibi sit,nos nihil alienum abs te petere,si petimus,quod religio,quod propria ratio legũ,quod cōmune iudiciũ omniũ mortaliũ,quod cōscientia tuę mentis ęquum,rectum,iustum,ex istimabit,et iudicabit.quare cupis ex huius liberatione tuam libertatem stabilire,expetis per huius carcerē hanc rerum humanarum uarietatem effugere in tanta pręsertim obsecundatione,in tanto que prosperitatis cursu.exoptas non modo odium, inuidiam, infamiam effugere, sed etiaz summam laudez assequi ex huius liberatione. una uia,et sola hęc est,non obscura, non fallax,sed directa,lata,aperta,illustris,tuta,ut huic te talem pręstes, qualez hunc tibi in tali fortuna constituto pręstari uelles.cuius quidem uię cum deus sit magister,et dux,et cōscientia mentis tuæ princeps comes, et certissima index,non profecto illam tam multis demonstrassem,nisi timuissem,ne nonnulli ab illa uia te transuersum truderent,sed tantũ digitos intendissem ad illud iter breue,expeditum que,quod unum,et solũ, ut suscipias rex captiuus dudũ abs te petiit,et adhuc petit,nempe ut de se statuas,quod sua fortuna, et conscientia tuę mentis te admonent.ad cuius unius,et solius ęquitatem obsecro Cęsar,omnia quę dixi referas.

Sequuntur errata quę obrepserunt inter imprimendum.

Fo.	pa.	Linea.	
1	1	15	lege quam ego sum quicquã concessurus
2	2	5.	lege fueris eum tua sponte liberaris
22	2	29	quidam lege quiddam
28	2	29	meximã lege maximã. linea 31. tolle qui superfluum linea. 39. que lege qua
29	2	36	lege munere omni charior.
35	2	36	talentis lege talenta
40	1	32	lege flagrant
42	2	32	retinent lege retinet
49	1	32	pondere lege ponderi
51	2	31	lege colant quod nullam habet magnificentiæ rationem siquid
52	2	31	parcere lege parere linea 29. semetipsis lege seipsis.
57	1	19	cum superfluit itaque tolle
59	1	21	lege siue iam in carcere
60	1	29	pæne lege pene sine diphthongo pagina secunda linea. 31. si lege fit.
69	2	29	ce lege te linea octaua mallis lege malis
69	1	36	tolle et quæ est in fine lineæ et sic lege cõponent, qui
77	2	7	dignitatis lege dignitati
8	2	17	soluti lege saluti
89	1	22	seruitutem lege libertatem pa. 2. li. 20. iudicii lege iudici velim lege vel in.
89	2	36	hominibus lege hominis
90	1	15	infintium lege infinitum linea. 28. lege nõ modo non pagina secunda linea. 27. quę lege quę cum diphtongo
91	2	11	demetrius lege seleucus
92	2	11	lege non modo non
93	1	21	atque lege sed etiam
96	2	7	tolle quinque uersus incipientes Iosephũ et finientes mitis fuit nam in exemplari

			deleti erant
200	2	18	iniustiores lege iustiores
206	2	7	lege studiosius alienā tuetus
207	2	16	in egrum lege integrum
208	1	27	quot lege quod
209	1	39	tactum lege tectum
212	1	1	lege non modo non obiicī
215	2	28	maximi lege maxime

FINIS.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S
T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG

Omnes sunt duerniones.

M D XL